

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Euthidemus, vel, litigiosus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

Et timidi & feroces & furiosi contra, turpiter audent, & metuentur turpiter? PROT. Et istud. SOC. Aliam vero ob causam turpiter & male audent, nisi ob ignorantiam & inscitiam? PROT. Ob hanc ipsam. SOC. Quid hoc, quo ipsi timidi sunt, timiditatem, an fortitudinem vocas? PROT. Timiditatem. SOC. Timidi autem nonne propter metuendorum inscitiam apparuerunt? PROT. Sane. SOC. Propter hanc ergo inscitiam timidi sunt. PROT. Nepe. SOC. Illud autem quo timidi sunt, timiditas erit? PROT. Erit. SOC. Enimvero contraria est fortitudo timiditati. PROT. Absq; dubio. SOC. An non sapientia metuendorum & non metuendorum eorundem inscitia contraria est? PROT. Profus. SOC. Horum vero inscitia timiditas. PROT. Et maxime quidem. SOC. Sapientia igitur metuendorum & non metuendorum, fortitudo est, eorundem inscitia contraria existens. Haud ulterrimus annuit Protagoras, sed siliuit. Tum ego: Quid taces Protagora? cur non aut annuis, aut renuis? Ipse rem cofice, inquit. Concludam protinus, inquam, si unum hoc duntaxat interrogauero: Vtrum tibi nunc etiam, ut et supra, insipientissimi quidam esse videantur, qui tamen fortissimi sint. Contendere pernicaciter, inquit, videris, o Socrates, ut ipse respondeam. ergo morem tibi geram. Impossibile dico videri, ex his quae supra sunt concessa. Non ob aliam causam, inquam, de his omnibus te percontor, quam quod nosse cupiam, qualia sint, quae ad virtutem pertinent, quidne ipsa sit virtus. Scio equidem hoc declarato statim notum fore & illud quo de ego & tu tot iam verba cōsumpsimus: dum ego quidem virtutem doceri posse negarem, tu vero posse asseuerares. Atqui arbitrator nostrae disputationis exitum, si hominis instar uti voce posset, derisurum nos, & hoc pacto reprehensurum, quam inepti esis, o Socrates, atque Protagora. Tu quidem ab initio dicebas, o Socrates, doceri non posse virtutem, nunc repugnare tibi ipsi contendis? dum ostendere vis omnia haec, insitiam scilicet, temperantiam, fortitudinem, esse scientiam. Quae ratione maxime virtutem doceri posse constat. Si. n. aliud quiddam esset scientia, quam virtus, quod Protagoras primus asseuerabat, plane doceri non posset. Nunc aut si scientia esse videatur, quod tu, o Socrates inferre conaris, mirum sit, si per doctrinam virtus comparari non posset. Protagoras autem primo quidem doceri virtutem voluit: nunc contra adniti videtur, ut quoduis aliud potius quam scientia virtus appareat: quo pacto minime omnium doceretur. Equidem, o Protagora, videns haec omnia sursum deorsumq; grauiterperturbari, ut in lucem veniant, vehementer incubo. Vellem autem his inter nos decursis, quid virtus sit, ostenderemus, itemq; doceri possit necne monstraremus: nec sapius nos Epimetheus illa sic in disputatione fallat, quoad modum distribuendo neglexit, ut tu narrabas. Prometheus enim ea in fabula mihi magis quam Epimetheus placet, cuius exemplo vtens & vniuersa vita mea profpicies, haec omnia tracto. Ac si tu velis, id quod ab initio dixi, libentissime de his rebus tecum deliberarem. Tu Protagoras, studium hoc tuum, inquit, o Socrates, sermo nisq; cursum laudo. Etenim cum cetera, nisi me fallit opinio, a me absint vitia, inuidia certe omnium maxime ab-

est. Et de te quidem apud multos saepe iam dixi, quod omnium, quos conuenerim maxime te mirer, equalium certe profus. Adde quinetiam nil mirum mihi fore, si sapientia studio clarus euadas. Ac de his aliis quandocunq; uoles edisseremus: Nunc iam hora est, ut me ad alia conferam. Ita, inquam, agendum est, si tibi videtur, quae doquidem et ipse iampridem alio abire cogebat, ut dixi: Veruntamen ut Callia honesto adolescenti morem gerere, perstiti. His dictis atque auditis abinimus.

PLATONIS EUTHYDEMVS, VEL, LITIGIOSVS.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



LATO insignis charitate vir in Euthydemo, quemadmodum & saepe alibi, studet animos ad seria natos a uanis sophistarum nugis auertere, ostendens eos vel ubi de rebus grauisissimis agitur, ludere spemq; audientium ubiq; deludere. Hos autem & alibi aliter, & hic ita describit, curiosos & uanos in uerborum altercatione certatores, promptos ad quoduis dictum, seu uerum, siue falsum sit, refellendum. Primo quidem ostendit, quam auarum sit ingenium sophistarum, cum Euthydemus Dionysodorusq; frater sophistae, artem militarem, qua gloriantur, parati sint mercede docere, quam nullus unquam uendit. Deinde quam ambitiosum. Quippe cum iudicalem peritiam una cum militari, & utranque una cum sophistica, quae longissime inter se discrepant, simul profiteantur. Tertio quam uanum. nempe iam senes a rebus ad uerba, a ueritatis studio ad mendacia sese conferunt. Quarto quam contemendū. Breui enim & ad summam biennio quilibet cauillatoriam hanc assequitur facultatem. Quinto quam periculosum. Nam cui mirum uideri debet simplices adolescentes fucatis sophistarum argutis facile irretiari, falsisq; inde opinionibusq; perniciosisq; moribus imbui, quando quidem & Socrates ipse senex sapientissimusq; fingitur eadem esca illaqueatus, admirandusq; ad sophistarum gymnasia properare? Adde quod & Socraticus ille demon qui a nullo decipi posse uidetur, a sophisticis horum nebulonum prestigis fingitur esse deceptus. Interea Socrates etiam in senectute scholas puerorum, & ludos musicae, uerborumq; rudimenta frequentans, nos admonet, primo quidem nequid ad disciplinam perfectionem vel minimum contemamus. Deinde ne, ut saepe accidit, sub rustico quodam uerecundiae rubore a disciplinae studiis arceamur. Tertio ut Solonis more tādū discendum nobis esse censuamus, quādiu uiuendum. Proinde quod sophistae Socraticae aduersus eos ironiam nunquam animaduertunt, imo uero nihil iam magnificum in eorum laudes adducitur, quin facillime credant palamq; recipiant, duo nobis declarat praecipue: alterum quidem, nihil uanius his nebulonibus reperiri posse: alterum uero, eos qui ad alios fallendos impensius student, nimirum sua ipsorum fallacia facillime falli. Praeterea quod praestigiatore eiusmodi uirtutem quam pollicentur, neque praestant unquam, neque ad ipsam alicubi exhortantur, sed ad consuetas uerborum cauillationes ubique refugiunt, easq; quasi res serias studijs alijs, quasi ludis proculdubio anteponunt, tria potissimum nobis significat. Primum, eos qui uirtute ipsi ornati non sunt, eam nunquam uel ratione, uel exemplo posse docere. Secundum, homines uerborum nimium curiosos, res bonas nunquam uel consequi, uel asserre. Tertium, eos qui facillime plurima pollicentur, minime omnium promissis seruare. Accedit ad haec quod Socrates sophistas ad docendam uirtutem allicit discipulorum diuitum plurimorumq; turba tanquam ambitiosos nimum & auaros. Sed ibi sub persona Critonis admonemur, ne temere cuiuslibet curandum animum committamus. Quod uero Socrates sophistas dum uirtutem promittunt, interim quasi deos obsecrat, aperte declarat ab ipso deo uirtutem esse petendam, hominesq; uirtute praeditos, quasi diuinos habendos esse. Item quod illos ob uirtutis studium regibus beatiores existimat: plane significat uirum uirtute praeditum, primo quidem suuissimum, deinde & regum esse regem. Docet praeterea Socrates in Clinia curando, quanta cum charitate quantam curandae iuuentuti adhibere diligentiam debeamus. Max uero sub insolentissimorum

sophistarum pollicitationibus parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Sed & notanda est ibi hyperbolica quaedam ad vanos homines deridendos Socratis ironia. Deinde incomparabilis vanitas nebulonum pro rebus verba, & illa quidem ineptissima ubique praestantium, cumque exhortationem ad sapientiam promiserint, ad pueriles ineptias relabentium. Tum Socrates vniuersum sophistarum gymnasium ait ludum esse verborum, eosque rerum naturam omnino latere, atque artificiosas illorum telas, sola verborum expositione significationisque distinctione posse dissolui. Obsecrat deinde facetissima quadam ironia sophistas, ut post ludos ad seria veniant: proponitque formulam quaedam, ad cuius exemplar exhortationem ad philosophiam ab illis exoptet. In eiusmodi formula felicitatem primo quidem communi notionem describit, bene viuere. Deinde hoc ipsum bene viuere vel in ipsa rerum ad votum consecutione, vel in recto rerum ipsarum usu probat consistere. Atque vtriusque per inductiones concludit: sapientiam; cum sola & consequatur res ad votum, & utatur recte, solam beatos efficere. Ibiq; tales in inductionibus ordo conspicitur, ut si per singulas vitae partes sapientiam tum ad votum consequitur, tum recte utitur, consequentem in vniuersa vita finem vitae communem summumque bonum sapientia eadem afferat in consecutione prospera recteque usu consistens. Inter argumentandum vero praeclara fulget sententia Stoicæ fundamentum, externa videlicet & corporea esse in differentia potius & communia, quam aut bona, aut mala dicenda. Proprie vero bonam esse sapientiam, malam vero insipientiam. Si quidem per illam bona omnia, per hanc omnia mala vobis euadunt. Ideoque sapientiam solam beatos facere posse. Quod vero in scientia potestas ad felicitatem tota consistat, tria ipsa felicitatis nomina à praeceis Græcorum autoribus instituta declarant, scilicet Eudæmonia, Eutychia, Eupragia. Primum significat cognitionem boni, secundum consecutionem, tertium vero usum: quæ omnia scientia nobis perficit. Quam boni scientiam Plato & hic & alibi dicit quodammodo omnem esse virtutem. Sapientiam quidem esse absoluti diuinique boni scientiam. Prudentiam vero, scientiam bonorum malorumque proprie ad hominem pertinentium. Iustitiam quoque scientiam bonorum malorumque pro meritis distribuendorum. Fortitudinem autem scientiam circa bona & mala audendi atque metuendi. Temperantiam denique scientiam circa bona malaque similiter asciscendi atque fugiendi. Memnisse præ cæteris hic oportet, Platonem & hic & sæpe alibi inuere sapientiam non tam humano studio comparari, quam purgatis mentibus diuinitus infundi solere. Quippe cum animus huic conuulsus corpori, ad res penitus à corpore separatas reddatur ineptus, & quasi noctua sub nimio diuinorum splendore caliget. Quapropter Socratica ad sapientiam adhortatio non tam ad speculationem pertinet, quam ad mores. Quibus tandem purgatus animus sapientiam à Deo & scientiam prudentiamque consequitur. Per hæc Socrates dum à sophistis exhortationem ad philosophiam, quæ est sapientie studium, exposcere simulat, ipse interim aptissima quadam dissimulatione ad philosophandum mirabiliter adhortatur. Verum tamen nondum sophistæ exhortationem vel pro seipsis, vel pro alijs saltem accipiunt; sed per solitas iterum ineptias reuoluuntur. Vbi apparet quam pertinax, vel in vitijs, vel in nugis semper sit ingenium, vel inique natum, vel perperam educatum. Inter hæc aduerte diligentissime diuinam Platonis sententiam, qua iubemur virtutis sapientieque consequendæ gratia perpeti non solum incommoda, iacturas, labores, & seruitutem: verum etiam si speremus ex ipsa dissimulatione nostri meliores demque euasuros, permittere nos illi qui hoc ipsum promiserint, excoriandos liquefaciendosque ac penitus dissoluedos. Vbi apparet quantum animi bonum rebus præstet corporeis, et quantum probandi sint veteres illi fortissimi martyres Christianorum. Huic illud simile: Qui animam amat suam in hoc mundo, perdet eam: qui vero hic eam perdidit, eandem in eterna vita recipiet. Proinde Socrates sophistarum captiunculas confutans, demonstrat contra sophistas facillime posse sophismata retorqueri, præsertim quia cogit eos & sibimet repugnare, & absurdissima confiteri. His actis rursus similem superiori formulam simulando, declarat nihil boni auditores à sophistis accipere, sophistasque ipsos veluti perditissimos ad bonam frugem reuocari non posse. Quoniam vero tria hæc nomina inter disputandum, sapientiam, scientiam, prudentiam, sæpe repetit, animaduertendum est, ubi obseruantius loquitur sapientiam definire diuinorum cognitionem, scientiam naturalium, prudentiam humanorum. Vbi vero minus obseruante, scientie nomine ad tria hæc significanda uti solere. Sed ubi liberius, singulis pariter pro omnibus uti. Præterea duo adducit artium genera, earum scilicet quæ efficiant opera, & earum quæ factis utantur. Et quoniam ars quæ utitur alterius artis opere, tum finem illi fabricandi præscribit, tum exemplar adhibet operis absoluendi, non iniuria videntem artem facienti dignitate præponimus. Attende hic

Platonem tam parui facere facientem artem, tam magni facere utentem, ut apertissime uelit, si quis uel materias omnes in aurum pro arbitrio possit conuertere, imò & immortalitatem ipsam inter homines comparare, nihil sibi uel tantam auri molem uel immortalitatem nisi uti sciuerit profuturam. Attende iterum commune hic oratoriæ artis abusum sophisticæ similem prorsus uituperari, tanquam fascinationis magicæ speciem, ubique ad insciendos perturbationibus animos ueneficæ contendentem. Simili quadam ratione communem poesie abusum alibi detestatur. Sed quia hic in artibus numerandis nominat dialecticam, ne quorundam more dixerim dialecticam, nam dialectica mihi Latinus sonat, meminisse oportet logicam apud Platonem significare artem regulas nominum, orationum, argumentationumque disponentem: dialecticam uero sagacem philosophantis indaginem, regulis his utentem ad rationes rerum uenergandas, diuinarum præsertim, à quibus rerum quoque sequentium summæ rationes accipiuntur, ideoque dialecticam plerumque apud Platonem theologiam nobis significare. Nominat ibidem artem regiam atque ciuilem, scilicet prudentiam humani generis feliciter gubernandi. Quæ quidem siue in persona priuata siue publica sit, uel una, uel multis, æquæ ab ipso tam ciuilibus, quam regiam nuncupatur. Huic profecto tanquam reginæ omnes subijcit facultates, quæ in agendo faciendisque uersantur, quibus ipsa dat leges, ac tanquam instrumentis utitur & ancillis. Subijcit similiter theologiam scientias omnes, quæ uersantur in speculando, ad quam heita se habeant, quemadmodum priuata artes ad regiam. Quam obrem Socrates dum in ipsa formula superiori formulæ rursus continuat facultatem quærit ad felicitatem potissimum conducentem, merito quibus alijs ad regiam theologiamque confugit, præsertim quæ felicitas in optimo rerum usu consistat: hæc uero relictissimum, tum speculandi, tum agendi & faciendi usum afferre omnibus per omnia studeant. Idem tradidit in Philebo, idem in ultimo Legum, idem in libro de Republica, ubi ad generis humani felicitatem futurum gubernatorem in theologia primum malorumque propriè ad hominem pertinentium. Iustitiam quoque scientiam bonorum malorumque pro meritis distribuendorum. Fortitudinem autem scientiam circa bona & mala audendi atque metuendi. Temperantiam denique scientiam circa bona malaque similiter asciscendi atque fugiendi. Memnisse præ cæteris hic oportet, Platonem & hic & sæpe alibi inuere sapientiam non tam humano studio comparari, quam purgatis mentibus diuinitus infundi solere. Quippe cum animus huic conuulsus corpori, ad res penitus à corpore separatas reddatur ineptus, & quasi noctua sub nimio diuinorum splendore caliget. Quapropter Socratica ad sapientiam adhortatio non tam ad speculationem pertinet, quam ad mores. Quibus tandem purgatus animus sapientiam à Deo & scientiam prudentiamque consequitur. Per hæc Socrates dum à sophistis exhortationem ad philosophiam, quæ est sapientie studium, exposcere simulat, ipse interim aptissima quadam dissimulatione ad philosophandum mirabiliter adhortatur. Verum tamen nondum sophistæ exhortationem vel pro seipsis, vel pro alijs saltem accipiunt; sed per solitas iterum ineptias reuoluuntur. Vbi apparet quam pertinax, vel in vitijs, vel in nugis semper sit ingenium, vel inique natum, vel perperam educatum. Inter hæc aduerte diligentissime diuinam Platonis sententiam, qua iubemur virtutis sapientieque consequendæ gratia perpeti non solum incommoda, iacturas, labores, & seruitutem: verum etiam si speremus ex ipsa dissimulatione nostri meliores demque euasuros, permittere nos illi qui hoc ipsum promiserint, excoriandos liquefaciendosque ac penitus dissoluedos. Vbi apparet quantum animi bonum rebus præstet corporeis, et quantum probandi sint veteres illi fortissimi martyres Christianorum. Huic illud simile: Qui animam amat suam in hoc mundo, perdet eam: qui vero hic eam perdidit, eandem in eterna vita recipiet. Proinde Socrates sophistarum captiunculas confutans, demonstrat contra sophistas facillime posse sophismata retorqueri, præsertim quia cogit eos & sibimet repugnare, & absurdissima confiteri. His actis rursus similem superiori formulam simulando, declarat nihil boni auditores à sophistis accipere, sophistasque ipsos veluti perditissimos ad bonam frugem reuocari non posse. Quoniam vero tria hæc nomina inter disputandum, sapientiam, scientiam, prudentiam, sæpe repetit, animaduertendum est, ubi obseruantius loquitur sapientiam definire diuinorum cognitionem, scientiam naturalium, prudentiam humanorum. Vbi vero minus obseruante, scientie nomine ad tria hæc significanda uti solere. Sed ubi liberius, singulis pariter pro omnibus uti. Præterea duo adducit artium genera, earum scilicet quæ efficiant opera, & earum quæ factis utantur. Et quoniam ars quæ utitur alterius artis opere, tum finem illi fabricandi præscribit, tum exemplar adhibet operis absoluendi, non iniuria videntem artem facienti dignitate præponimus. Attende hic

simulat procul à verò. Ostendit autem rhetores atque oratores dum se & philosophos & ciuiles simul profitentur, esse ad vtrumque prorsus inutiles. Concludit postremò dialogum gemina optimaq; sententia. Altera quidem, curandum magis esse vt bene sint filij, quam vt sint: atque vt illos relinquas bonos, potius quam illis relinquant bona. Altera verò, omnino esse philosophandum: quandoquidem philosophia ipsa res est diuina: neque vel ob falsos eius professores, vel ob mendaces calumniatores dimittendam esse possessionem adeo preciosam.

CRITO, SOCRATES, EUTHYDEMVS, DIONYSODORVS, CLINIAS, CTESIPPVS.



VISNAM ille erat, ò Socrates, quicum heri in Lycæo disputabas? Equidem turba frequens circumstantabat. Quare licet proprius accedere audiendi cupidus, nihil tamen aperte percipere poteram. Cùm verò in pedes erectus inspicerem, mihi

visus est hospes quidam esse, quicum diserebas. Quis ille? SOC. De quo interrogas Crito? Non .n. vnus tantum, sed duo aderant. CRI. Tertius ad dexteram tuam sedebat is, cuius nomen audire percipio. Medius autem adolescentulus ille Axiuchi filius, qui mihi visus est satis admodum profecisse. Critobuli quidem nostri ferme equalis est. Verùm ille aridiori quodam corporis habitu, hic grandioris speciem præ se ferre videtur, honesta sanè indole atq; egregia. SOC. Euthydemus is est quem quis, ò Crito. Qui verò ad sinistram sedebat, Dionysodorus eius frater, qui ipse quoq; disputabat. CRI. Neutrum cognosco, ò Socrates. SOC. Noui sunt, vt videntur, sophista. CRI. Quæ nam horum patria est? quæ sapientia? SOC. Chij sunt, vt arbitror, patria: ad Thurios autem migrarunt. Illinc autem fugientes multos iam annos istis in locis versantur. De sapientia verò illorum quod tu rogas, ò Crito, planè sapientissimi sunt. & hæcenus ignorabam equidem perfectos athletas esse. Sunt enim ad omne certandi genus instructi, non quemadmodum Acarnani fratres athletæ. Illi nanque corpore tantum valent, hi verò corpore primum maxime valent, & eo genere pugna, quo omnia superantur. Armorum enim periti sunt maxime, & armorum peritos reddere, si quis mercedem det, etiam ceteros possunt. Deinde iudiciale pugnam & ipsi tractare expedireq; & vnumquenque instruere possunt, tum scribendis, tum perorandis causis. Et hæcenus quidem harum duntaxat periti erant, nunc autem perfectæ athleticæ facultati finem imposuerunt. Quod enim deerat certandi genus, nuper sic affecti sunt, vt nemo illis valeat reluctari, adeo dicendo valent, promptiq; sunt ad quoduis dictum seu verum seu falsum, refellendum. Quapropter, ò Crito, his me viris tradere cogito. pollicentur enim quemuis alium breui se eorundem compotem reddituros. CRI. An non te grandior atas absterret, ò Socrates? SOC. Minimè Crito. Est enim quod me soletur, ac diffidere non sinat. Nam & hi iam senes, vt ita dixerim, huic se facultati quam ego nunc affecto, contentiosè videlicet dederunt. Anno enim superiori, aut certè ab hinc tertio nondum callebant. Vnum verò hoc tantum vereor, ne his dedecori

sim, quemadmodum Conno Metrobij filio citharista, qui me etiam nunc fidibus docet. Pueri igitur condiscipuli me quotidie rident, & Connum ipsum senum magistrum nuncupant. Ne ergò hoc idem aliquis hospitibus his obijciat, & illi ea re deterriti, me reijciant, alios quosdam præterea, ò Crito, natu grandes, vt mecum illuc discendi gratia profiscantur, sum exhortatus: & hic item quosdam persuadere conabor. Quin igitur & tu Venis, filios tecum ducens? Porro vbi sperabunt etiam filiorum tuorum concursum, his quasi illecebris adducti libentius nos erudiendos accipient. CRI. Nihil prohibet Socrates, si tibi videtur. Verùm prius quæ illorum sapientia sit, narra, vt quid percepturi simus cognoscam. SOC. Frustra expectas, dum non posse dicam, quasi non auscultarim satis: imò & auscultavi diligenter & memini, tibiq; à principio cuncta referre conabor. Equidem diuina quadam sorte in gymnasio solus vbi me vidisti, sedebam, iamq; inde discedere cogitabam, cùm surgenti solitum illud demonis signum subito obfistit. Restiti itaq;, ac paulo post ingressi sunt, Euthydemus Dionysodorusq;, & cùm his alij multi, qui illorū mihi discipuli videbantur. Ingressi autem in ipso adoperto cursu deambulabant. Vix iterum tertioq; spatium exegerant, cùm aduentauit Clinias ille, quem profecisse dicis, & verè loqueris. Eum sequebantur amici & alij præterea multi, tum adolescens quidam Ctesippus Paeanus, ingenio bonus quidem & pulcher, sed ipsa iuuenta lasciuior. Intuitus me ab ingressu Clinias sedentem solum, obuiam venit, & ad dexteram consedit, vt & ipse aiebas. Eum Dionysodorus Euthydemusq; conspicati, primum quidem consistentes inuicem diserebant, hinc atque illinc in nos oculis conuersis. Ego enim illos diligentissimè obseruabam. Deinde proprius accedentes confederunt: Euthydemus quidem iuxta ipsum adolescentem: Dionysodorus autem iuxta me ad sinistram, alij vt cuique erat locus. His igitur congratulatus sum, vt potè quos diu non vidissem. Post hæc ad Cliniam conuersus: Isti, inquam, ò Clinia, viri, Euthydemus Dionysodorusq; non paruis sunt in rebus, sed maximis sapientes. Sciunt quæ ad rem militarem pertinent, omnia quæcunque nosse strenuum imperatorem decet, aciei ordinumq;, & exercitus instructiones. Tum etiam quo se pacto quispiam in iudicio ab iniuria vendicet, docere possunt. Illi verò ita me locutum contempserunt, seq; inuicem inspicientes vterque referunt. Ac Euthydemus quidem, haud amplius hæc seruo, inquit, ò Socrates, tractamus, sed obiter. Ego verò miratus, præclara, inquam, studia vestra esse oportet, si remissiones sunt tanta. Dicite obsecro, quod hoc vestrum tam egregium opus est? EUT. Virtutem, ò Socrates, nobis persuademus facillimè atque optime omnium doceri à nobis posse. SOC. Proh Iupiter, quam preciosam rem pollicemini. Qua sorte potissimum lucrum istud ad vos peruenit? Equidem ita de vobis, vt dixi, hæcenus cogitabam, nempe viris in re militari præstantibus, idq; de vobis prædicabam. Memini enim cùm huc primum venissetis, hoc solummodo fuisse professos: quòd si nunc reuera scientiam hanc adepti estis, estote propitij, profecto vos perinde ac deos aduoco, obsecrans vt hanc mihi vocem ignoscatis. Verùm videte, ò Euthydemè, Dionysodoreq;, vtrum vera loquamini. Neque enim

Quod etas grandior non debeat absterretur à disciplina.

Et dicitur ad Euthydemum & Dionysodorum.

mivū videri debet, si quis rei istius quam pollicemini magnitudinem astumans, difficile credat. E. V. T. Scitō sic esse, o Socrates, prorsus. S. O. C. Beatiōres igitur ob rei huius possessionem vos aestimo, quā ob regnum suum regē illum magnum. Verūm dicite quæso, vtrum exhibere hanc sapientiam vestram cogiteris, an aliter apud vos sit decretum. E. V. T. Ad hoc ipsum, o Socrates, venimus demonstraturi scilicet, atq; docturi, si quis addiscere velit. S. O. C. Atqui quod velint oēs quicunq; carent, ipse vobis ceu sponsor fidem obstringo. Ego quidem primo, deinde et Clinias hic, præterea Ctesippus ipse, aliq; quos hic vides: Clinia amicos ostendens, qui nos tum circumstant. Ctesippus autē forte à Clinia procul sedebat: cumq; Euthydemus inter disputandum sese inclinasset, Clinia medio inter nos sedente, & Ctesippum aspectu Clinia excluderet, surrexit Ctesippus, primusq; e regione nostri stetit, ut videret amicum & disputantes audiret: mox ceteri hunc secuti tam Clinia amici, quā Euthydemus & Dionysodori comites, protinus nobis adstiterunt. Hos ego oēs digito signans, Euthydemus pollicitus sum ipsius discipulos fore. Ctesippus igitur vehementer est assensus, necnon & alij, hortati ut sapientia vum ostendere vellent. Tum ego, o Euthydemus Dionysodoreq;, his, inquit, modis oibus erit gratificandum, & vel mei gratia demonstrandum. Ac plurima quidem sunt, quæ ostendere opus prolixum sit: id autē mihi dicite, vtrum hōi em duntaxat iam persuasum quod discere à vobis oporteat, bonū efficere vrum potestis? an eum nondum ē persuasum, & qui nullo pacto doceri virtutem posse, aut vos eius rei magistros esse putet? Nunquid artis eiusdem opus est, homini sic affecto persuadere, quod & doceri virtus possit, & quod ipsi qui hoc optime possint sitis: nū, inquam, sic est? Eiusdem, inquit Dionysodorus, artis opus est, o Socrates. Vos itaq; præceteris, inquam, omnibus ad philosophia virtutisq; curam hortari hōes quā optime potestis? Sic arbitramur, inquit, o Socrates. Cetera post ostendetis, inquit: isthuc verò nunc, quæso. n. hinc adolescentulo persuadete, quod philosophia virtutisq; studio totis sit viribus incumbendum, mihiq; & his oibus more gerite. Porro adolescentulos hic adeo mihi & his oibus cura est, ut eum quā optimum virum euadere summopere oēs cupiamus. Est autē Axiochi ex Alcibiade maiore nati filius: minoris autem Alcibiadis qui nunc est, patruelis. Nomen est Clinias. Cui, quia in tenera ætate est, sic, ut decet, timemus ne quis forte nos pueniens aliō eius animum deflectat atq; inquinet. Quare vos peropportune venistis. Et nisi quid prohibet, de puero periculū facite, & cum eo nobis presentibus differite. hanc ferme cum dixissem, Euthydemus fortiter nimium cōfidenterq;, nihil, inquit, o Socrates prohibet, modō velit adolescens nobis respondere. Haud insuetā, inquit, illi res est. frequenter. n. hi convenientes inter se disputant, interrogantq; multa. quocirca consentaneum est respondere posse. Quæ verò sequuntur, o Crito, utinam recensere pro dignitate possim. Neq; verò exigua res putanda est, inastimabilem illam sapientiam enarrare posse. Quare mihi nunc, poetarum more, Musas Memoriamq; inuocandas esse prius video. Euthydemus autē hunc, ut arbitror, in modum est exorsus. Vtri sunt, o Clinia, hōes qui aliquid discunt? sapientē sne, an ignorantes? Puer autē pro-

pter questionis illius pondus erubuit, & hestans oculos in me conuertit. Ego verò perturbationem illius animaduertens, Bono animo esto, inquam, Clinia, & qua tibi videntur, fortiter responde. Arbitror. n. comōdum hinc maxime assequere. Hæc loquenti Dionysodorus in aurem insusurrans, ac ridens: Prædico tibi Socrates, inquit, quicquid puer responderit, confutatur iri. Interim responderat Clinias: vnde mihi puerum admonere non licebat. Responderat autem, sapientes esse qui discunt. Ad quæ Euthydemus: Vocas præceptores aliquos, an non? Assensus est. An non præceptores, discipulorum præceptores sunt? quemadmodum citharista atq; grammaticus & tui & ceterorum puerorum præceptores fuere, vos autem discipuli. Consensit. Cum disceratis, nondū scieratis hæc eadem quæ disceratis? Nondum. Nunquid eratis sapientes, quando hæc ignorabatis? Nequaquam. Si non sapientes, ignorantes igitur. Omnino. Vos ergo dum disceratis quæ ignorabatis, ignorantes disceratis. Annuit adolescens. Ex hoc sequitur, ut ignorantes discant, o Clinia, non sapientes, ut ipse putabas. Cum hæc ille dixisset, quemadmodum chorus innuente magistro, summo plausu conclamarunt riseruntq; illi Euthydemus & Dionysodori sectatores. Ac prius quā respiraret puer, bene præclareq; sermonem excipiens Dionysodorus, Quid porro, o Clinia, inquit? Cum aliqua grammaticus recitauit, quānam pueri perdiscunt? sapientē sne, an ignorantes? Sapientes, inquit Clinias. Ergo sapientes discunt, non ignorantes. Quare non recte Euthydemus paulo ante respondisti. Hic alius exclamarunt riseruntq; illorū adstipulatores, Euthydemus Dionysodoriq; sapientiam admirati. Nos autē quasi stupidi conticimus. Cum ergo stupidos nos reddidit esse videret Euthydemus, quo in maiorem insuper sui admirationē traberemur, nondū dimisit puerum, sed vltimus interrogauit, atq; illorum more qui in choro vehementer sunt exercitati, duplicem mouit eadem in re questionem: Vtrum igitur, inquit, discentes quæ sciunt, discunt: an quæ nesciunt? Tunc Dionysodorus iterum mihi in aures susurrans, Tale, inquit, o Socrates est & hoc, quale quod supra fuit illatum. Proh Iupiter, inquam, præclarum et superius nobis visum est. Ita semper, ait, inenitabiles quæstiones proponimus. Ideoq; videmini, inquam, apud discipulos vestros auctoritatem habere non mediocrem. Interim Clinias Euthydemus respondit, eos qui discunt, quæ ignorant perdiscere. Statim ille ut supra interrogauit. Scisne ipse literas? Scio. Nonne oēs? Et omnes. Quando aliquis recitat, nonne literas recitat? Concessit. Ergo illa quæ scis recitat. quandoquidem ipse omnes scis literas. Admisit & hoc. Nonne discis quæ quis recenset? Assensus est. An verò ignorans literas, discis? Minime. Imò sciens disco. Nonne igitur quæ scis, discis? si quidem oēs scis literas. Annuit. Non recte itaq; respondisti. Vix autem dixerat hæc Euthydemus, cum Dionysodorus orationē velut pilam excipiens, sic adolescentē petebat. Decipit te Euthydemus, o Clinia. Dic mihi. An non discere, scientiam illius accipere est, quod quis discit? Admisit Clinias. Scire autē nunquid aliud est, quā scientiā ipsam iā habere? Concessit. Nescire igitur, est nondū habere scientiā? Dedit & hoc. Vtri rē aliquā capiunt? qui habent, an qui non habent? Qui non habent. An nō confessus es, nescietes homines

Quæstio Sor.

Exatitēna Septi. pag.

Maior & minor Alcibiades.

Problema.

homines ex illorum numero esse, qui non habent? An-  
 nuit. Discentes igitur ex illorum numero sunt, qui ca-  
 piunt, non ex eorum qui habent. Probavit. Ergo qui ne-  
 sciunt, ò Clinia, discunt, non qui sciunt. Post hæc Verò,  
 tercio iam velut luctu petens. Euthydemus adolescentu-  
 lū adoriebatur. Ego Verò succubentem miseratus, ut pau-  
 lum recrearē, ne forte expauesceret nimis, hunc in modū  
 consolari cœpi. Ne mireris, ò Clinia, si insueti sermones  
 isti tibi sunt: nescis. n. fortasse hospites isti quid sibi ve-  
 lint. Idem profectò faciunt, quod in mysterijs Coryban-  
 tes solent, cum quem initiaturi sunt, in solio collocant,  
 applaudunt, choreas iuxta ducunt. Intelligere te arbi-  
 tror, si quidē initiatus es. Ludunt similiter isti nunc, &  
 circa te choreas ducunt ac saltant, quasi quē expiant nūc,  
 mox sacris sint initiaturi. Itaq; impræsentiarum primas  
 quasdam sacrorū sophisticorū ceremonias celebrari puta.  
 Principio. n. quemadmodum Prodicus iubet, propria te-  
 nere nom̄ significata decet: quod & hospites tibi isti o-  
 stendunt. Neq; n. discere sciebas quō homines vocant:  
 cum de his loquuntur. Discere. n. vocant, & cum quis,  
 quam rem antea non tenebat, assequitur iam: & cum  
 scientiam eius naclus, eadem scientia illam ipsam rem,  
 vel cum sit, vel cum dicitur considerat: quod rectius in-  
 telligere, quàm discere, Voces, quanquam non raro dis-  
 cere vocetur, id Verò te latuit, quemadmodum isti osten-  
 derunt, idem videlicet nomen contrarijs rebus ab hoībus  
 attribui, scienti quidem, & nescienti. Simile autē huius  
 est & illud quod in secunda questione proposuerunt, in-  
 terrogantes Vera discant hoīes, an qua sciunt, an qua  
 nesciunt. Hæc omnia ludi quidam in disciplinis sunt, ac  
 ludere tecum istos aio. Ludū autē hac de causa voco, quia  
 & si quis huius generis multa, aut omnia etiam norit,  
 rerum tamen naturas nihilo magis intelliget, ludere ta-  
 men ex illa nominum diuersitate hoīes poterit, quasi ap-  
 posita tibia prosternens, eorum more qui sedere volentibus  
 furtim sulcellia subtrahunt, & effusus ridet, cum vi-  
 dent, qui cecidit, iacere supinū. Hæc igitur, & tu pro-  
 ludis accipe. Deinceps autē seria tibi hi tractabūt, ac ego  
 qua promiserunt ab illis exposcam: nempe quo pacto ad  
 sapientiam impelli quispiam possit. Nunc autē mihi viden-  
 tur putasse prius tecum esse iocandum. Satis ergo hæc-  
 tenus, ò Euthydemus Dionysodoreg, vobis lusum sit. Oste-  
 dite iam quod sequitur. Restat. n. ad virtutis sapiētiæq;  
 studium hunc adolescentulum quoniam pacto inducatis.  
 Et dicam principio quid mihi videatur. & quid ego po-  
 tissimum cupiam audire. Quod si imperitè, & ridiculè  
 fecero, ne obsecro rideatis. Facit vos audienti cupiditas,  
 ut ineptias meas non dubitem apud vos proferre. Conti-  
 nebitis igitur risum vos & discipuli. Tu autē mihi Axio-  
 chi fili responde, Vtrum omnes benè agere, hoc est, benè  
 viuere cupiamus. An fortè questio hæc, ut metuebā, ex  
 eorum numero est, qua ridicula sunt? Dementis est. n.  
 arbitror, talia sciscitari. Quis. n. est omnium, qui benè  
 viuere non cupiat? Nemo, inquit. Age, inquam post-  
 quam benè viuere volumus, quo pacto assequi licet? Nū-  
 quid si bona multa nobis sint? an ineptus est, quisquis hoc  
 neget? Sic. n. constat esse. Constat, inquit. Bona Verò  
 ex omni rerū genere quæ nam sunt? inquam. An fortè,  
 neq; id arduum est inuentu, nec eleganti homini dubitā-  
 dum? Quis est. n. qui neget bonum esse, diuitem esse?

Nōne? Maxime, inquit. An non & sanum esse, in-  
 quam, & pulchrum, ceterisq; corporis dotibus præditū?  
 Certè, inquit. Quinetiam nobilitas, inquam, potentia,  
 & in sua cuiq; ciuitate honores sunt boni? Et ista, inquit.  
 Quæ præterea bona, inquam, restant? Si dixerimus re-  
 perantiam, iustitiam, fortunam, esse bona, nūquid  
 rectè dicemus? Dubitet. n. fortè quispiam. Tu Verò quid  
 ais? Bona profectò, inquit, dicenda. Sapientiam Verò,  
 inquam, quom genere locabimus? Bonorumne? an ali-  
 ter? In bonorum, inquit, genere. Vide, inquam, ne quid  
 bonorum rōne aliqua dignum prætermittamus. Mihi,  
 inquit, nullum sanè prætermisisse videmur. Hic ego co-  
 gitans paululum, videmur, inquam, ò Clinia, bonorum  
 oīum maximum postposuisse. Quid hoc? inquit ille. Fe-  
 licitatem, inquam, quam oēs etiam imperitissimi hoīes  
 summum bonum vocant. Vera loqueris, inquit. Et ego  
 rursus mutata sententia, risum ferme, inquam, ò Clinia,  
 hospitibus mouissemus. Quamobrem, inquit. Quoniam  
 cum felicitatem antea posuerimus, inquam, iterum iam  
 eadem de re loquebamur. Quis istud? inquit. Ridiculū  
 porro quod ante positum est, ponere rursus, bisq; eadē re-  
 censere. Qua rōne id ais? Sapientia, inquam, ipsa feli-  
 citas est, quod quidem, vel puer quiuis intelligat. Quod  
 ille, cum ob puerilem ruditatē admiratus esset, & ego  
 admirationem ad aduerterem, hunc in modum interroga-  
 ui: Nōne, ò Clinia, nosti, quod periti tibicines optime  
 oīum quod tiliarum vsum attinet, consequuntur? As-  
 sensus est. Et eruditi, inquam, grāmatici quod literas, tū  
 scribendas, tum legendas attinet? Prorsus inquit. Sapiē-  
 tes quoq; gubernatores optatum navigationis portum præ ca-  
 teris assequuntur? Ita est. Nēnon belli dux sapiens, quod  
 ad militiam spectat, tutius expedit, & cum illo tutius,  
 quàm cum ignorante militabis? Absq; dubio, inquit.  
 Et sapiens medicus ad optatā corporis ualitudinē, inquam,  
 melius quàm inspiens te perducet, tuq; teipsum libentius  
 illi comites? Certè, inquit. An ideo quod putes felicis  
 tibi cum sapiente, quàm cum stulto successurum? Con-  
 sensit. Sapientia igitur oībus humanis in rebus, inquam,  
 felices nos efficit. Neq; n. aberrat unquam, nec fallitur  
 sapientia, sed rectè opus peragit assequiturq;, alioquin ne  
 sapientia quidem sit. Conuenimus tandē nescio quo modo  
 ut diceremus, sapientia præsentē felicitate nihil esse opus.  
 His Verò concessis rursus percontatus sum, quid de his,  
 qua supra concessa fuerant, sentiremus. Confessi. n. su-  
 mus, inquam, si multa nobis bona sint, benè beatèq; nos  
 viuere. Admisit. Nūc beatè, inquam, propter p̄sentia  
 bona viuimus, si nihil profuit, an si profuit? Si profuit,  
 inquit. An Verò conferunt quicquā, si habemus illa dū-  
 taxat, non utimur autem? Veluti si epulas multas pocu-  
 laq; habeamus, non vescamur autem, nunquid iuuant?  
 Nihil, inquit. Præterea si artificibus exposita sint p̄pa-  
 rataq; singula ad opus perficiendū, non utantur autem,  
 num propter ipsam suppellectilē, & instrumenti copiam  
 benè agant? Ceu si fabro parata sint instrumenta oīa,  
 materies item, nihil fabricetur aut, nunquid, inquam,  
 possessione iuuabitur? Nullo pacto, inquit. Quid Verò?  
 si quis diuitias, & bona qua diximus omnia naclus, ne-  
 quaquam utatur, nunquid erit, inquam, ipsa bonorum  
 possessione beatus? Minimè, ò Socrates, inquit. Oportet  
 itaq; illum, qui beatus futurus est, inquam, non solum  
 bona

Definitio  
 quædam se-  
 licitatis,  
 q̄ dicitur  
 Xix.

Sapientia  
 felices nos  
 efficit.

Urbis Soran.

diuitem esse.

bona huiusmodi possidere, sed uti. Nihil enim sola possessio inuat. Recte, inquit. Num possessio ususque bonorum, o Clinia, inquam, ad beatè vivendum sufficit? Mihi quidem videtur, inquit. Vtrum ita dicis, si modo quis rectè utatur, an èt si non rectè? Si rectè, inquit. Probe, inquam. Plus est enim puto, inquam, cum quis re quapiam abutitur, quam cum o non non attingit. Illud siquidem malum est, hoc nec bonum, nec malum. Nonne ita dicendum? Probavit. Nunquid in effectione, inquam, et usu lignorum aliud prater fabrilem scientiam, ut rectè uti singulis queas, efficit? Non aliud, inquit. Quinetiam circa vasa consicienda, rectum usum scientia prestat? Annuvit. Nonne, et circa usum bonorum, que supra retulimus, divitiarum, sanitatis, et forma ipsa scientia dux erat, his rectè uti docens, opusque dirigens? Prorsus, inquit. Non igitur successum solum, sed et opus bonum, ut videtur, in omni possessione actionemque hominibus scientia prebet. Assensus est. An vlla est obsecro, possessionum omnium utilis prudentiam sapientiamque citra? Aut vter horum maiorem utilitatem reportat, qui mente captus est, cum rebus abundet, cum multa faciat? An qui pauca facit, pauca possidet, sed mentis compos? Hoc ita cogita. Nonne qui pauciora agit, rarius errat? Minus errans, minus agit male? Minus male agens, minus est miser? O non, inquit. Quo aut pacto, inquam, pauciora facit aliquis? Nunquid si pauper est, an si dives? Si pauper, inquit. Vtrum si debilis, an si robustus? Si debilis, inquit. Vtrum si honoratus, an si abiectus? Si abiectus, inquit. Vtrum si fortis et temperans, an si timidus? Si timidus. Nonne et piger minus efficit, quam proptus ad agendum? Admisit. Et tardus, quam velox? hebes visu auditumque, quam utroque acutus? O non haec inter nos conveniunt. Ibi vero hunc in modum conclusi. Nulla ex his, o Clinia, que bona nuncupabamus, seipsis bona esse videntur. Imò sic dicendum constat, si illis inscitia prestat, eo deteriora esse, quam illorum contraria, quo verius improbo duci adminicula scelerum suppeditare possunt. Sin autem prudentia et sapientia his presideat, tum denique meliora. Ipsa vero suapte quidem natura nulla, nec bona quidem, nec mala existimatione sunt digna. Videtur, inquit, ita esse, ut dicis. Quid aliud ex his sequitur, inquam, quam nihil caterorum, vel bonum esse, vel malum? E duobus autem istis, sapientiam quidem bonum, insipientiam vero malum esse? Probavit. Nam quod est reliquum consideremus. Postquam beati esse affectamus omnes, beati autem efficiuntur, ut apparuit, ex eo quod rebus utimur, et rectè utimur: rectitudinem vero usum, et consecutionis prosperitatem scientia prebet, cateris omnibus pretermisissis omni studio niti quisque debet, ut quam sapientissimus fiat. nonne? Certè, inquit. Estimare preterea quisque debet a parentibus, a tutoribus, et amicis, caterisque, illis maxime qui amant, seu hospites sint, seu civis hoc expetendum potius, quam ingetes opes, exorandosque omnes, ut sapientiam impartiant. Neque turpe est, neque indignum, Clinia, sapientiam gratia cui libet servire, et honestis obsequiis unumquemque demereri. Idemne tu sentis? Idem omnino, inquit. Probe enim loqui videris. Si modo, inquam, doceri sapientia potest, nec sorte hominibus venit. Hoc enim insuper est vestigandum: nequedum id inter nos constat. Tum ille: Doceri mihi quidem, o Socrates, posse videtur. Hac ego re-

sponse delectatus, belle, inquam, optime virorum, ac maximo me beneficio affectisti, longa disputatione liberans, doceri sapientia possit necne. Nunc vero postquam tibi doctrina comparari posse videtur, solaque hac ex omnibus beatum, et felicem hominem reddit, quid aliud, quam philosophandum dicas? Nunquid hoc ages? Maxime, inquit, o Socrates, quantum id fieri potest. Hac cum libenter audissem, exemplar, inquam, o Dionysodore, et Euthydeme, exhortationis, quam volo, tale, rudibus prolixiusque fortasse verbis vix tandem a me collectum habebis. Vter autem vestrum vult, idem hoc artificiosè cōtexens nobis ostendat: aut si hoc non lubet, saltem quod orationi meae deest, vos in adolescentis gratiam persequamini. nempe omnemne scientiam, an unam quandam potius parare necesse sit ei, qui vir esse bonus beatusque velit: tum quae haec scientia sit. nam, ut principio dixi, vehementer hunc adolescentulum sapientem bonumque evadere desideramus. Hac ubi dixi, o Crito, iam ad sequentia intentus eram, observans quale dicendi exordium facerent, quane potissimum ratione Cliniam ad sapientiam, et virtutis studium exhortarentur. Hic qui natu grandior est, Dionysodorus, prior cepit: ac nos quidem oes oculis in eum conuersi eramus, mirificam quandam orationem protinus audituri: quod et contigit. Mirum namque sermonem, o Crito, incepit, dignum qui abs te audiatur, quam belle scilicet pronocet ad virtutem. Dic mihi, ait, o Socrates, vosque alij, quicumque adolescentem istum fieri sapientem vultis, vtrum iocamini, an id serio agitis. Hic intelligens, quod putassent lusum esse sibi, iussis cum adolescente disputare, atque idcirco lusisse, et ipsos haecenus, neque seria tractavisse: maxime, inquam, desideramus. Tunc ita Dionysodorus, vide, o Socrates, ne quae nunc asseris aliquando neges. Scio, inquam, haud me negaturum. Quid igitur dicitis? inquit: sapientem fieri vultis? Volumus, inquam. Quidni? Vtrum, inquit, sapiens nunc est Clinias, an non? Nondum ait, inquam. Est enim minime iactabundus. Vos autem, inquit, sapientem fieri vultis, ignorantem vero esse nequaquam? Admisimus. Ergo quod non est, inquit, hoc fieri cupitis: quod vero nunc est, haud amplius esse. Quod quum audissem, turbatus sum: et ille me turbatum animadvertens, Quonia, inquit, vultis quod nunc est, non amplius esse: vultis ut videtur hunc, inquit, interire. Belli vero amici amatoresque sunt, qui amatos omni cura student perdere? Hac audiens Ctesippus, amati gratia inique tulit: indignatusque, Hospes, inquit, Turie, ni dictum rusticum sit, palam obijciam, quod ista docens, mendacium mihi illis nefarium indignumque impingas, Cupere nos scilicet illum interire. Hic Euthydemus ad Ctesippum conuersus, videtur, inquit, tibi fieri posse, ut aliquis mentiatur? Per Iouem, inquit, nisi forte insanio. Qui vero mentitur, inquit, rem ipsam qua de sermo est dicit, an non dicit? Dicit, inquit. Si rem ipsam dicit, haud aliud quicquam dicit prater id quod dicit. Quoniam pacto, Ctesippus inquit, posset? Nunquid vna quaedam res est, inquit, quam dicit, ab alijs diuersa? Prorsus, inquit Ctesippus. Nonne qui illam dicit, id quod est profert? Ita. Enimvero quicumque quod est, quae ut sunt dicit, vera dicit. Quamobrem Dionysodorus, si quae sunt dicit, vera pradicat, neque quicquam aduersus te mentitur. Ita, inquit Ctesippus.

Ctesippus. Verum qui hac loquitur, o Euthydemus, non ea quae sunt dicit. Ad quem Euthydemus. Non existentia non sunt? Non, ait. Nusquam vero, quae non sunt, existentia sunt? Nusquam. Fieri ne potest, ut aliquis circa ea, quae non sunt quicquam agat, ut illa faciat aliquis existentia nusquam? Nequaquam mihi videtur, Ctesippus ait. Quis rhetores ad populum concionantur, nihilne agunt? Agunt aliquid. Si agunt, ergo et faciunt. Sequitur, Ergo ipsum dicere, agere est, et facere. Cōsensit. Nullus igitur non existentia dicit. faceret namque aliquid: tu vero, inquit, confessus es impossibile esse, ut aliquis non existentia faciat. Quapropter secundum orationem tuam falsa nullus loquitur. Imo vero si loquitur Dionysodorus, vera et existentia loquitur. Sic Euthydemus est, Ctesippus inquit. Nam existentia quidem dicit, non tamen ita ut se habent dicit. Qui vero isthuc ais Ctesippe? Dionysodorus inquit. Suntne, qui res ipsas, ut habet se dicant? Sunt certe, respondit ille, viri boni preclari atque veridici. Quid porro? inquit ille, bona nonne bene se habent? mala contra, male? Probavit. Bonos autem et praecarios viros, inquit, fateris res ipsas sic, ut habent, eloqui? Confitetur, inquit. Ergo boni viri, o Ctesippe, male mala dicunt, siquidem, ut sunt, enunciant. Maxime profecto, inquit, et de malis hominibus male. Quorum de numero ne sis, cauendum est tibi, si mihi credis, ne boni viri male de te loquantur. Hic Euthydemus. Nunquid, inquit, et magnos magnè, et calidos calidè? Summo perè, inquit Ctesippus. Et de frigidis frigidè loquuntur, aiuntque differere frigidè. Ibi Dionysodorus, conuitiare Ctesippe, inquit, conuitiare. Non per Iouem Dionysodore, inquit: nam te diligo, imò et amicè moneo, et persuadere cōtendo, ne adeo in nos inuehere, ut me dicas cupere eos perditos, quos habeo charissimos. Ego vero, ut accensos intellexi, cum Ctesippo iocatus: decet, inquā, Ctesippe, ut mihi videtur, ab his hospitibus, quae dant accipere, si modo impetire quicquam velint, et non de nominibus altercari. Nā si ita perdere sciunt homines, ut è malis, et imprudentibus probos prudentesque faciant, seu ipsi perditionis eius inuectores sunt, seu ab alio didicerunt, ut pro malo homine restituere possint bonum. patet autem eos scire: dixerunt enim artem nuper sibi comparatam, qua bonos ex malis homines faciant. Si hoc, inquā, sciunt, permittamus utique, ut sic adolescentulum perdant, modo sapientem efficiant, imò etiam nos ipsos illis ita curandos tradamus. Quod si vos iuuenes reformidatis omnes, in me certe velut Care quodam, artem suam periclitentur. leuius seni discrimen est. Me igitur Dionysodoro huic, quasi Medee Colchidi, dedo, ut dissoluat, et si velit elixet, vel aliud quodcumque exemplum in me edat, modo virum efficiat bonum. Ctesippus quoque, ego item, o Socrates, inquit, hospitium voluntati meipsum comitto: et si me magis etiam, quam nunc excoriare velint, excoriant, modo pelvis mihi mea non in virem, ut Marsha, sed in virtutem vertatur. Ac Dionysodorus quidem hic ipsi me succensere putat. ego vero minime succenseo, sed oppugno, quae in me dixit, non rectè. Tu vero Dionysodore, quod reclama, ne conuitiari putes. Aliud est enim contradicere, aliud conuitiari. Hic Dionysodorus. Quae so, inquit, num ita de contradicendo loqueris, ut contradicere, omnino aliquid esse putes? Maxime quidem, in-

quit Ctesippus. An vero tu non putas? Atqui nunquam, inquit Dionysodorus, ostendes, ubi alterum alteri audieris contradicentem. Vera loqueris, inquit. Sed nunc audiamus ecquid Ctesippum tibi Dionysodoro contradicentem ostendā. Hoc igitur, inquit, nobis promittis? Profsus, inquit. Suntne, inquit, unaquaeque de re sermones rationesque? Sunt, inquit. Num ut est unaquaeque res, an ut non est? Ut est, inquit. Si recordaris, inquit, Ctesippe, paulo ante monstrauimus neminem, quod non est dicere. Quod n. non est, nullum posse dicere constat. Quid tū? inquit Ctesippus. An prohibet, quo minus ego et tu contradicamus? Tum ille, utrum, inquit, contradiceremus, si eiusdem utriusque rerum rationem cogitemus? An non idem potius loqueremur? Cōsensit. An si neuter, inquit, quod res est dicat, contradicimus? an potius rem omnino non tenemus? Id quoque admisit. Nū, inquit, cum ego quod res est dico, tu vero aliud dicis, tunc demum contradicimus? an potius, cum ego quod res est, tu quod omnino res non est, dicis? Eritque, ut non dicens contradicat dicenti? Ad haec Ctesippus obmutuit. Ego autem miratus, quae dicebantur: Qua, inquā, ratione istud Dionysodore ais? Equidem, cum sermonem huiusmodi saepenumero è multis audierim, semper admirari soleo. hunc siquidem Praetorae sectatores, et his antiquiores, frequenter usurpare consueuerunt. Mihi vero semper mirabilis visus est, talisque, qui et alios, et seipsum peruertat. Reor autem veritatem ipsius me nunc abs te potissimum auditurum. num n. istud vult, ut falsa dicere impossibile sit, oporteatque illum qui loquitur, aut vera loqui, aut omnino non loqui? Afferuit. Vtrum falsa, inquā, loqui quidem impossibile est, opinari vero falsa possibile? Ne opinari quidem, inquit. Ergo nulla est, inquā, falsa opinio. Nulla profus. Neque inscitia, inquā, neque homines insciji: quid enim non inscitia sit, si quidem falli rebus possibile est? Omnino, inquit. Istud autem non est, inquā. Non certe, respondit ille. Cōfabulandine gratia, o Dionysodore, haec inducis, inquā, ut mirum aliquid inferas? An reuera, nullus tibi hominum inscius esse videtur? Tu vero, inquit, refelle. An refelli quicquam potest, inquā, si, ut tu dicis, mentiri nemo potest? Non potest, inquit Euthydemus: nec illud Dionysodorus insit, ut refelleres. quo n. pacto quis quod non est, inbeat? Ego vero Euthydemus, inquā, scita haec atque praecleara haud admodum sanè disco, sed obiter attingo. Erit igitur onerosum fortasse quod rogabo, sed ignosce obsecro. Vide amabo, si neque meiri quisquam potest, neque opinari falsa, neque inscius esse, nemo etiam dum agit, aberrare quicquam potest. Neque enim ab eo quod agit, aberrat. Nunquid ita dicitis? Ita plane, inquit. Haec est, inquā, grauis illa quaestio. Si n. non erramus unquam, neque agendo, neque loquendo, neque et cogitando, quidnam vos huc docturi venistis? an non supra praedicabatis, vos praeceteris omnibus, optime posse virtutem tradere vnicuique volenti? Usque adeo, o Socrates, Cronus ille es, inquit Dionysodorus, ut quae à principio dixerimus, reminiscaris nunc: et si quid superiori anno dixerim, nunc quoque sis recordaturus: his autem, quae in praesentia dicta sunt, quid sis responsurus, habes nihil. Quia difficulta sunt, inquā, haud iniuria. Sunt n. à sapientibus profecta. Equidem, et ei quod postremo dixisti, respondere difficultissimum est. Cum n. dicis non habere me quod respondeam



deam Dionysodore, quid potissimum inferre vis? an videlicet quod non habeam quo eam orationem conuincam? Dic. n. quid aliud verbū istud sibi vult, quod non habeam, quod orationibus istis per me respondeatur. Num tu aliud dicis, inquit, quam difficile esse respondere? Nempe responde. An prius, quam tu respondeas, inquit, Dionysodore? Quid, non respondes? ait. An par est? inquam. Par, inquit. Qua rōne? inquit. an forte quia ad nos disserturus, aduenis, nostiq; quando respondendū sit, quando non sit, ideoq; nunc respondes nihil, quod respondere non decet? Ad hęc ille, Nugaris, inquit, o Socrates, atq; respondere negligis. Sed, o bone vir, obsecrare, & responde ei quem ipse sapientem esse fateris. Parēdum est, inquam, sic. n. decet, imperitanti. Interrogatur igitur. Vtrum, inquit, aī am habent, quacūq; intelligunt aliquid? an & aī a carent? Habent, inquit. Nostine, inquit, verbum vllū aliquod aī am habens? Nulū ego profecto, inquam. Cur itaq; nuper interrogabas, verbum quid sibi vellet? Non ob aliud, inquit, nisi ob ignauā meam, q̄ errare cogit. Fortasse verō nō erraui, sed rectē locutus sum, cum verbis cogitationē tribuo. Tu verō vtrū errasse me dicis, necne? Si. n. nō erraui, neq; tu nunc redargues, scis licet sapiens, nec habes quod opponas. Sin autē erraui, ne sic quidē rectē tu loquere, quādo dicis errare posse neminem. Atq; hęc quidem non aduersus illa, quę anno superiori dicebas, nunc adduco. Sed videtur mihi, o Dionysodore Euthydemēq;, sermo hic eōdem reuolui: & nunc ē, vt & quondam solebat fieri, cum deiciat, cadere. Quod quidē vt ne ipsi accidat, ab illa arte vestra, licet circā acriorē sermonū diligentiam admirabili, nondū videtur esse prouisum. Hic Ctesippus, mira dicitis, inquit, o viri Thury, siue Chij, seu quocūq; aliud agnomē vendicare lubet: quibus delirare perinde est. Ego autē veritus ne ad contumelias deueniretur, Ctesippū rursus sic mitigavi: Eadē tibi, inquam, o Ctesippe, nunc dico, q̄ Clinia quoq; dicebā. Nescis. n. quā mirabilis sit horū hospitū sapientia. Nolunt autē nobis illā ostendere prorsus. sed Protei Aegyptij illius sophista more p̄stigijs quibusdā fallunt. Menelaum igitur imitemur, neq; mittamus antē quā aperiant, quid animi gerant. Pulcherrimum. n. quiddam exhibebūt puto, si Verē proferant. Quapropter exhortemur, atq; votis supplices exoremus, vt exhibeant. Sed exponendum rursus videtur, qualem studiorum formam ab illis requiramus. Conabor hinc, vbi suprà destitimus, continuare sermonem, si quo pacto eos prouocē, vt mei miserti, qui tam grauius occupor, rem deinde serio tractent. Tu verō Clinia mihi dic, vbinam orationem abruperimus. nam, vt ego arbitror, hic hęcimus, vbi philosophandum esse cōsuebamur. nōne? Profecto, inquit. Philosophia verō scientiā acquiritio est? inquam. Certē, inquit. Quam itaq; potissimū adipisci scientiam decet? inquam. nōne, vt summatim dicam, illam quę nobis prodest? illam ipsam, inquit. An ea scientia maxime nobis prodesset, si sciremus quibus in terris aurum multum effoditur? vtiq; inquit. Atqui dudum id confutauimus, quia nihil magis prodesset scientia ista, et si absq; labore tellus effodiatur, aurum eruatur, vel et si in aurum oīa vertantur, dū vti auro nescimus, non recordaris? Recordor, inquit, ac maxime quidē. Neq; vlla vllius rei scientia, siue nūmula

ria, siue medicina, siue quicūq; alia vtilis est, inquam, si facere tantum docet, vti autē nō docet. Nōne? Ita prorsus, inquit. Adēo, inquit, vt si qua scientia immortales nos efficeret, vti verō immortalitate non doceat, inutilis sit prorsus, si qua superioribus fides est. Ita nobis hęc oīa videbantur. Hac igitur, inquit, scientiā ingenue pueropus est, in qua operis, & effectio, & vsus conueniant. Apparet, inquit. Permultū igitur inter Lyrarū fabros interest, & scientiā pulsandę Lyra affecutos. Alia. n. ars, quę facit, alia q̄ vtitur his rebus. Nam ars quę fabricat Lyrā, & q̄ Lyrā pulsat, longē inter se differūt. an non? Sic est, inquit. Neq; rursus, inquam, tibiariū effectrice opus est. Ea siquidem ab illa q̄ vtitur, differt. Sanē, inquit. Nū forte, inquam, componendę orationis quarendā facultas, vt beatus euadās? Non arbitror, inquit, Quę nam te ratio mouet? inquit. Noni equidem, inquit, quosdā orationum autores, qui orationibus hisce quas condiderunt, vti perinde sciunt, ac Lyris fabri Lyrarum, qui in aliorum vsu Lyras construxerunt, quas & qui illis vtiuntur, facere nesciunt. Constat similiter, & circa orationes aliam esse artem q̄ condit, aliam q̄ cōditū vtitur. Euidētissimo argumento ostendisse videris, inquam, artem illorum, qui cōponunt orationes ad beatitudinem nequaquā sufficere. quāquā sperabam hoc in genere scientiam, quā iam diu quimus, inuenturos. Etenim isti orationū autores Clinia quoties appellauit, suprà mortales ceteros sapientes videntur, ipsaq; eorū ars diuina penitus atq; excelsa. Neq; mirū. Est. n. incantatorię illius pars, q̄dam illa haud multo inferior. Incantandi porro facultas, viperarum, aranearū, scorpionū, ceterarumq; ferarum, atq; morborū mitigatio est. Oratoria verō iudicium, cōcionatorum, aliarumq; turbarum oblectamentū quoddam & delinitio. An verō tu aliter sentis? Non aliter, inquit: sed ita prorsus vt ais. Quod ergo nos vertemus? inquam, & quā ad artem? Ambigo, inquit. At ego inuenisse arbitror, inquam. Quam? Imperatoria ea potissimū videtur, q̄ beatum adipiscentem facit. Mihi verō non videtur, inquit. Quamobrem? inquam, Quia Venatoria q̄dam hōiū ars, inquit, esse videtur. Quid tum? inquam. Quia nemo, inquit, Venator Venationis opus vltius porrigit, quā ad vestigandum capiendumq;: postquā comprehenderunt, vti nequeunt. sed & qui canibus venantur, & qui piscantur, p̄dam coquū exhibēt. Geometria, itē astronomi, logista, Venatores quidam sunt. neq; n. figuras descriptionesq; faciunt ipsi, sed cum sint, adinueniunt. Cum itaq; vti illis ipsi nesciant, venentur autē solum, quicūq; illorū mente capti nō sunt, sua inuenta dialecticis præbent, vt illi his vtiuntur. Eia pulcherrimē, & sapientissimē Clinia, inquam, sic est? Ita prorsus, inquit. Atq; eadem ratione duces exercitus, postquam, vel urbem, vel exercitum occuparunt, viris ciuilibus p̄dam, & spolia tradunt. Nam ipsi his q̄ comprehenderunt, vti nesciunt, quemadmodum aucupes, qui postquā ceperunt coturnices, nutritoribus tribuunt. Si itaq; ea arte indiges, q̄ vel faciendo, vel venando q̄sitis vti sciat, beatosq; efficit possidentes, aliam quere, quā militare oportet. CRIT. Quid ais, o Socrates? Nūquid adolescentulus ille talia dixit? SOC. Non putas Crito? CRIT. Non per Ionē. nam reor illū, si talia dixit, neq; Euthydemī, neque alterius cuiuslibet hominis disciplina vltius

Uterius indigere. SOC. Fortè Verò Ctesippus hæc dixit, ego vero non memini. CRIT. Quis Ctesippus? SOC. Saltem hoc memini, neq; Euthydemum attulisse hæc, neq; Dionysodorum. Sed ò beatè Crito, suspicor præstantiorem quempiam virum præsentem hæc dixisse. Nam hæc me auduisse non dubito. CRIT. Per Iouem, ò Socrates, excellentior aliquis ista protulisse videtur. Verum post hæc quam tandem artem scrutari estis? Inuenisti ne quam querebatis? an non? SOC. Quæris an inuenimus. Ridiculus quiddam accidit. Etenim puerorū more, qui galeritas sine alaudas insequuntur, Vehementi quodam affectu singulas scientias persequeremur, ac semper quam eunq; capere nos è vestigio putabamus, fallebat nos, repenteq; subterfugebat. Quid enim multas enumerem? Regiam artem aggressi sumus, contemplari, esset necne qua beatos faciat. Sed velut in Labyrinthū delapsi, dū propè finem esse iam sperabamus, retrogressi ad principium rursus reuertebamur, eodem modo affecti, quo principio disputationis eramus. CRIT. Quo pacto hoc accidit? SOC. Dicam. Visa nobis regia facultas est eadem esse cū civili. CRIT. Quinam. SOC. Cum res militaris ac facultates omnes reliquæ, operum suorum imperium civili arti submittere viderentur, ut potè quæ solâ vti sciat, nihil nobis impedimento fore putauimus, quo minus hæc esset quam querebamus, causa rectè rempublicam administrandi, & secundū illud Aeschylī, puppi sola ciuitatis presidens, & gubernacula totius tenens, omnibus dominans, omnia vtilia reddens. CRIT. An non rectè visum vobis est Socrates? SOC. Ipse iudicabis Crito, si audias quæ deinceps contigerunt. Rursus enim hunc in modum querebamus. Age, ars illa regia omnibus presidens, opus aliquod efficit, an non? Oïno aliquod, cōsensimus omnes. Nōne. n. & tu hæc Crito cōcederes? CRIT. Absq; dubio. SOC. Quod ergo illius opus esse diceres? Ut si te rogem, Medicina dum dominatur omnibus quorum domina est, quòdnam opus exhibet? an non sanitatem protinus responderes? CRIT. Vtiq;. SOC. Agricultura item vestra, dum omnibus quorum est domina dominatur, quod opus facit? Alimentum è terra porrigit, inquit. CRIT. Equidem. SOC. Regia igitur facultas, cū omnibus quorū est domina dominetur, quod opus explet? Fortè non est in promptu. CRIT. Non Hercle, ò Socrates. SOC. Neque nobis, ò Crito, sed hoc saltem nosti, si hæc ea est quam exoptamus, vtilem esse oportere. CRIT. Summopere. SOC. Nōne igitur boni aliquid afferre nobis eam necesse est? CRIT. Est omnino. SOC. Bonum autem nihil esse aliud quàm scientiam quandam, ego et Clinias consensimus. CRIT. Ita certè dicebas. SOC. Opera verò civilis quidem gubernationis, cum multa alia hæc esse vel maxime unusquisq; fateatur, diuites facere ciues, liberos & concordēs. Hæc autem omnia neq; bona, neq; mala apparuerunt. Oportet autem eam vti constitit, sapientes efficere, scientiamq; tribuere, si modo ea futura sit quæ proficit, & beatos efficiat. CRIT. Vera narras. Sic enim tunc inter vos constitit, ut ipse recensuisti. SOC. Nūquid regia disciplina sapientes homines bonosq; facit? CRIT. Quid prohibet Socrates. SOC. Num & omnes, & in omnibus bonos, omnemq; scientiam ipsa præbet? coriariam, fabrilem, & reliquas vniuersas? CRIT. Haud equidem arbitror, ò Socrates. SOC. At quam

scientiam? & qua in re inuabimur? Operum quidem illorum quæ neq; bona sunt, neq; mala, opificem ipsam esse haud oportet. Scientiam vero aliam præbere nullā quàm ipsam seipsam decet. Dicamus igitur quæ nam hæc sit, et quo inuenitur. Visne eam dicamus, ò Crito, quæ bonos facere ceteros possumus. CRIT. Volo equidem. SOC. Boni quo conducunt? quo ue vtilēs erunt? an dicemus quòd alios facient bonos? & illi ipsi alios item? quo autem boni sint, nusquam apparent, postquam illa quæ civilis artis opera dicuntur, reiecit: planèq; quod proverbio dicitur, Iouis Corinthus accidit, atq; ut supra dixeram, equo intervallo, imò etiam longiori quàm antea ab eius artis inuentione distamus, quæ præstare nobis beatitudinem valeat. CRIT. Per Iouem, ò Socrates, in ambiguitatem plurimam incidisse videmini. SOC. Ego quidem, ò Crito, cum in hanc dubitationemmersus essem, quàm alia potui uoce protinus exclamaui, hospites illos tanquam Castorem et Pollucem Iouis filios suppliciter obsecrans, ut nos, me scilicet & adolescentulum ipsum è turbulenta fluctuatione sermonem eriperet, iocisq; omnis, seria disputandi ratione nobis ostenderent quæ potissimum scientia sit, quam adepti quod vix superest, feliciter transigamus. CRIT. Nunquid monstrare vobis Euthydemus voluit? SOC. Quidni? Magnifice nimium, ò amice, hunc in modum affari cepit. Vtrum te, ò Socrates, hanc quàm idipridem quaritis scientiam, doceam, inquit? an habere ipsam te ostendam? ò beate vir, inquam, nunquid hoc pates? Valde, inquit. Ostende igitur, inquam, me habere facilius enim mihi istud, quàm denuo hæc in ætate discere. Dic age, inquit, scisne quicquam? Scio equidè multa, inquit, sed parua, Sufficit, inquit, putasne aliquid eorum quæ sunt, idipsum quod est, non esse? Nullo pacto, inquam, An non scire te aliquid asseris? inquit. Profecto. An non es sciens, si modo scis? Sum quidem, sed illius ipsius quod scio. Nihil refert, inquit. Non necesse est scire te oïa si quæ eorum quæ sunt scis. Non per Iouem, inquam, quandoquidè & alia multa minime scio: Si quid nescis, inquit, es nescius? Illius ipsius, inquam, ò amice, quod nescio. Nihilominus nescius es, inquit, qui paulo ante sciū te esse prædicabas. Atq; ita fit, ut ille ipse sis qui & es, et rursus nō sis, simul et secundū eadem. Esto, inquit, Euthydemè. Nā ut proverbio fertur, Belle oïa dicis. qua igitur rōne, scientiam illā quam quarimus, habeo? quia uidelicet impossibile est, esse idè atq; non esse. Vnde si vnū quiddam scio, cuncta scio. neque. n. esse possum sciens simul & nescius. quod si oïa scio, illam quoq; scientiā habeo. An nō ita loqueris? & hoc est illud sapiens? Ipse te redarguis, inquit Socrates. Quid verò Euthydemè tibi, inquam, nōne idem contigit? nā mihi quidem non multū molestum est, quod & tecū vnā & cū Dionysodoro hoc lepido capite patiar. Dic mihi, nōne et uos quædā scitis, quædam nescitis? Minime quidem, ò Socrates, Dionysodorus inquit. Quid dicitis, inquit, an nihil scitis? Imo scimus, inquit. Omnia itaq; scitis, si aliquid scitis. Oïa certè, et tu quoq; scis omnia, si vnū aliquid scis. Pro Iupiter, inquit, mirabile dictū, & inges hoc bonū. Num et ceteri oīs sciunt omnia? Vel nihil? Nō. n. dicendū videtur, scire eos aliqua, nescire alia, atq; ita sciētes esse simul et nescientes. Quid ergo dicemus? Omnes, inquit, planè scire oïa, si quid vnum sciunt. Dij bo

Proverbiū.

Proverbiū.

ni, inquam, nunc demum Dionysodore serio loqui mihi videmini, & uix tandē ut serio ageretis, nunc impertrami. Ipsi reuera scitis oīa? & fabrilem videlicet artē & coriariam? Omnia prorsus, inquit. Nunquid & neruis suere scitis? Certē, inquit, & calceos quidem. An, inquā, & stellarum numerū, et arenā? Et ista, inquit. Putas nos ista cōcedere, inquā? Hic Ctesippus respondens, Coniecturā, inquit, o Dionysodore, nobis aliquā talē adducite, qua vos vera loqui coniciamus. Qualē? inquit. Scis, inquit, quot dētes Euthydemus hēt? atq; Euthydemus quot tu habeas cognoscit? Nō tibi sat est, inquit, quod oīa scimus, audisse? Minimē, inquit, sed unū hoc tantū nobis ostendite, quod uera loquamini? Nā si dixeritis quot dētes habet uterq;, nobisq; postea numerantibus, vera dixisse deprehēdemini, cetera quoq; vobis credimus. Illi verō cū mordere Ctesippum existimarent, respondere aliud noluerunt, nisi quod scirent oīa, de singulis à Ctesippo interrogati. Ctesippus siquidem aperte de vnaquaq; re, vel minimis quibusq; etiā turpissimis sciscitatus est, nū scirent, quod fidem illis non haberet. Illi autē fortitāo pariter contrā responderūt se omnia intelligere, instar aprorū qui contrā ictum nituntur? Quamobrem ipse quoq;, o Crito, coactus sum denique Euthydemū interrogare, an etiam saltare Dionysodorus sciret. Ille verō consensit. Non tamen, inquam, super enses humi inclinato capite transilire, et super rotā volui, tam grandis natu. Eōne sapientia promouit? Nihil est, inquit, quod nesciat. Tū ego: Num oīa nunc duntaxat cognoscitis? an et semper? Et semper. Num à tenera atate statimq; nati omnia cognouistis? Omnia, responderūt simul uterq;. Nobis utiq; res incredibilis uisa est. Tunc Euthydemus, non credis, o Socrates? Excepto hoc inquā, quod uerisimile est vos sapientes esse. At si mihi uoles respondere, inquit, ostendā te quoq; hęc mirabilia consistentem. Gratissimū sit, si huic me conuincas: si enim cū essem sapiens, nesciui hactenus, tuq; ostendes, & scire me oīa, & sciuisse semper, quod maius in uita lucrū nancisci possem? Responde iam, inquit. Tanquā responsurum, inquā, interroga. Nunquid alicuius scius, inquit, es, o Socrates, an nullius? Alicuius, inquā. An eodem scis quo scius es, an alio quopiā? Quo scius sum. Arbitror. n. te animam dicere. Hęc ne intelligis? Nōne te pudet, inquit, o Socrates, dum interrogaris uicissim interrogare? At quid faciā, inquam? Faciā equidem utcumq; iusseris, cū quod queris, ignore. Inbes aut ut respondeā quidem, non interrogē. Cogitā sne quoquo modo, inquit, id quod quero? Equidem, inquā. Ad istud ergo responde quod cogitas. Quid, inquā, si tu alia mēte interrogas, alia ego respondeam, cū aliud quā tu cōceperim, sat sine tibi factū putabis, si nihil ad rem ipsam respōdero? Mihi quidē sat erit, inquit, tibi non, ut arbitror. Tū ego, per Iouem non prius respōdebo, quam audiā. Non respōdes, inquit, ad ea semper que mente cōcipis: quia nugaris Socrates, et rudior es admodū quam oportet. Agnoui tunc illū mihi iam subiratū, quod uerba quibus me irretire studebat, distinguere. Venit mihi p̄ter ea in mentē Conni, qui ipse quoq; sepe mihi indignatur, quoties ei nō cedo: deinde me spernit uelut rudē. Postquā igitur cogitavi horū doctrinā me tradere, arbitratus sum obsequi oportere, nequis eorum me ut ineptum & indocilem respuat. Quocirca & illi inquam, si tibi ita Euthydemē

videtur agendum, ita agatur. Tu nanque me multo melius disputandi rationem intelligis, cum artem hanc teneas, ego verō sim rudis. Ideoq; interroga iterum ab initio. Responde rursus, inquit. Vtrū scis aliquo quoscis, an nullo? Anima inquam. Hic, ait ille, plus quam rogatus sit, respondet. Non interrogo quo scias, sed vtrū scias aliquo, necne. Ego ad hęc plus quam dicebat propter imperitiā meam respondi. Sed ignosce mihi obsecro. Respondebo iam nunc simpliciter, quod scio aliquo semper quecumque scio. Vtrum, ait, hoc eodem semper, an tum hoc, tum alio? Semper inquam, quando scio, hoc scio. Hic ille, Nondum prauaricari desinis? Ne forte, inquit, id quod semper dicitur, nos falleret, ita respondi. Non nos, inquit, dicas, sed te. Sed responde, vtrum semper hoc scias. Semper inquam, postquam ipsum. Quando oportet subtrahere. Nōne semper hoc scis? Semper autem sciens vtrum aliqua hoc scias, quo scis, aliqua alio, vel hoc ipso omnia? Hoc inquam cuncta quecumque scio. Hic rursus transgredieris Socrates. Excipiat inquam quod dictum est, quecumq; scio. Ut excipias, inquit, nihil postulo, imō responde, posse sne oīa scire, nisi scires omnia? Monstrū esset hoc inquam. Adice nunc iam ait, quicquid lubet. Cuncta nanq; scire fateris. Sic uideo inquā, postquā nullius momenti est quod dicitur, quecumque scio omnia aut scio. Nōne & semper confessus es scire hoc quo scis? siue quando scis, seu quomodocumq; placet. Semper enim scire es confessus, ac oīa simul. Constat ergo quod puer sciebas, & quando genitus es, & quando natus, imō & antequam nascereris, & ante cæli terręq; ortū scisti omnia, si modo semper scis. Ac per Iouem semper scies, & oīa, si uolueris. At uoles, inquam, honorandē nimīū Euthydemē, siquidem omnino uera dicis. Sed posse te non multū confido, nisi idem tecum uelit frater iste tuus Dionysodorus. sic enim forte ualebis. Dicite porro. Cetera quō uobis non concedam, nescio, tam mirabili atq; noua sapientia præditi estis, quo minus ego omnia sciam, quandoquidem uos asseritis. Talia quādā qua ratione scire me dicam Euthydemē? quod uidelicet boni uiri iniusti sint. Dic enim mihi, sciōne istud, an nescio? Scis utique, inquit. Quid inquam? Quod uiri boni iniusti non sunt. Tampridem sciebam hoc, inquam. Verum non istud quero, sed quod iniusti sunt uiri boni, quando didici? Nusquam Dionysodorus ait. Non ergo inquam, hoc scio. Tunc Euthydemus ad Dionysodorum cōuersus ait. Sermonem destruis, apparebitq; iste si nesciat, sciens simul & nesciens. Dionysodorus quidem erubuit, sed ego, Tu verō quid ais Euthydemē? non uidetur tibi frater tuus uera loqui, quum nouerit omnia? Frater ego sum Euthydemē, Dionysodorus ait. Mitte isthęc inquam, o bonē uir, dum me Euthydemus doceat, quod sciam uros bonos iniustos esse, neq; hanc mihi doctrinā inuideas. Fugis, o Socrates, ait Dionysodorus, neque uis respondere non iniuria, inquam, fugio: nam cum alter utro uestrum sim imbecillior, cur non duos fugiam? Hercule quidem multo sum imbecillior, qui pugnare simul non ualuit aduersus hydrā sophisticā, cui propter sapientiam pro vno sermonis capite amputato, multa repullulabant, ac etiam aduersus Cancrum sophisticā quendam ex mari aduentantem & nuper ut arbitror aduectum navi: à quo cum Hercules ad sinistram angere

Ex Aristoteli

Quocirca & illi inquam

Hercule  
aduersus  
hydrā  
sophisticā  
cui propter  
sapientiam  
pro vno  
sermonis  
capite  
amputato  
multa  
repullulabant

angeretur, Verbisq; acriter morderetur, nepotis sui Iolai  
 auxilium imploravit, qui summo pere illi succurrit, meus  
 autem Iolai Patrocles si venerit, longè aliter faciet. Re  
 sponde ergo, inquit Dionysodorus, postquam ipse hæc præ  
 dicat. Virū Iolai Hercules magis nepos quam tuus fue  
 rit. Operæ precium fore arbitror, ut tibi respondeam Dio  
 nysodore. Neq; enim desineres sciscitari, & propter inui  
 diam quandam interurbare, ne Euthydemus sapiens il  
 lud me doceat. Responde igitur inquit. Respondeo, inquã,  
 Iolaum Hercules nepotem fuisse: meum autem, ut vide  
 tur, nequaquam. Neq; enim pater ipsi Patrocles fuit fra  
 ter meus, sed aliquis nomine proximus Iphicles Hercules  
 frater. Patrocles autem, inquit, tuus? Nimirum inquã,  
 sed ex matre eadem, non patre. Frater ergo tibi est, in  
 quit, & non frater. Non eodem ex patre inquam, vir  
 optimè. Illius. n. pater Cheredemus, Sophroniscus autem  
 meus. Pater autem, inquit erat Sophroniscus atq; Chere  
 demus? Omnino, ille meus, hic suus. Nõne Cheredem  
 us alius quàm pater erat. Alius scilicet quàm pater  
 meus. Nunquid pater erat, cum alius quàm pater esset?  
 An tu idem es quod lapis? Verebar inquam, ne idem te  
 asserente viderer. Mihi verò non video. Nõne igitur  
 alius es quàm lapis? Alius ceriè. Quod si alius es quàm  
 lapis? non es lapis. Et si alius quàm aurum, non es aurum.  
 Sic est inquam. An non eadem rone Cheredemus quum  
 alius sit quàm pater, pater non erit? Videtur, inquã, non  
 esse pater. Ad hæc Euthydemus adiecit: haud pater est  
 Cheredemus: rursusq; et Sophroniscus cū alius sit quàm  
 pater, non est pater. Quapropter sine patre es, ò Socrates.  
 Sermonem verò suscipiens Ctesippus intulit, Pater autem  
 vester cum eadem sibi contigerint, alius est quàm pater  
 meus. Longè abest, Euthydemus ait. Num idem? Idè  
 sanè. Non consentirem. Sed utrū meus Euthydemæ pa  
 ter est, duntaxat an & cæterorum hoïum? Et cæterorū  
 insuper. Nunquid putas eundem hoïem patrem existentē  
 nõ esse patrem? Putaram equidē Ctesippus inquit. An  
 & aurū inquit aurum existens, non esse aurum? & ho  
 minē existentem, hominem non esse? Tum Ctesippus, nõ  
 ut fertur, Euthydemæ, lino linū connectis. Rem gravē  
 dicis, si pater tuus, pater est oïum. Est tamen. Vtrum  
 hominū duntaxat, an equorum et cæterorūq; animalium  
 oïum? Omnium profus. An & mater tua, mater om  
 niū? Et mater. Ergo tua mater echinorū marinorum ma  
 ter est. Et tua, inquit. Et tu rursus frater es gobiorum,  
 catulorū & porcellorū. Et tu, inquit. Quinetiam tibi  
 pater est canis. Et tibi insuper. Hic Dionysodorus, si mi  
 hi respondere Ctesippe volueris, faciam ut ista concedas.  
 Dic age, est tibi canis? Et molestus admodū canis, Cte  
 sippus ait. Habet catulos? Tales hēt multos. An non il  
 lorū pater est canis? Prorsus. Signa nanq; vidi ex quibus  
 illorū patrem esse conyicio. Nõne tuus est canis? Est. Nõ  
 ne igitur pater existēs, tuus est? Quare tuus pater sit ca  
 nis, tuq; catulorū frater. Sed nequid Ctesippus puer obje  
 ceret, repetit adiecit Dionysodorus. Paulū quid ultra re  
 sponde. Canē hunc verberas? Arridens Ctesippus ait,  
 verbero, te aut nequeo. An non igitur tuū patrem ver  
 beras? Longè, respondit, iustus esset ut patrem vestrū  
 verberarē, qui disciplinam quandā adeptus, adē sapien  
 tes filios genuit. Sed nūquid, ò Euthydemæ, multa bo  
 na ex vestra sapiētia vester & catulorū pater est consecu

tus? Neq; ille bonis multis indiget, ò Ctesippe, neque tu.  
 Neq; tu etiā Euthydemæ, neq; alius quisquam hominum,  
 inquit. Dic etenim Ctesippe mihi, Vtrum bonum esse cen  
 seas, vel egrotanti pharmacū bibere quando indiget, an  
 nõ? vel homini pugnaturo bonū esse ut armatus prodeat,  
 an inermis? Arbitror equidē inquit. nempe expecto ali  
 quid abs te egregiū. Ipse videbis optimè, inquit. Verum  
 responde, postquā confessus es bonum esse, quando res pos  
 sultat, pharmacū bibere, nunquid hoc bonū quàm pluri  
 mum oportet bibere? optimumq; erit si quis terat, & in  
 fundat poculo hellebori tantum, quantum curru aliquo ue  
 hitur Prorsus ita, Ctesippus ait, si tantus sit qui bibitur  
 rus est, quanta est statua Delphica. Nõne similiter et in  
 bello, inquit, si bonum est armis fulciri, plurima arma  
 habenda sunt, iaculorumq; & clypeorum circumferenda  
 est sarcina? quandoquidem id bonū est. Et maxime qui  
 dem, Ctesippus ait. Tu verò non putas Euthydemæ, sed  
 unū duntaxat iaculum esse ferendum? Equidem inquit.  
 Ita Geryonē, inquit, Briareumq; armares? ego aut pu  
 tavi robustiorem te esse, sociumq; similiter istū, utpote vi  
 ros armigeros. Euthydemus quidē tacuit. Dionysodorus  
 aut aduersus ea quæ primū Ctesippus responderat, intulit:  
 Bonū tibi esse videtur aurum habere? Valde quidē,  
 respondit Ctesippus. An non & habere pecunias semper  
 arg. ubiq;? Maxime inquit. Nõne bonum esse aurū con  
 fiteris? Confessi iam sumus. Semper ipm habere, et ubiq;  
 oportet, & in seipso quàm maxime? Beatissimus is es  
 set, qui tria auri talēta in ventre haberet, talentum unū  
 sub capitis osse, staterem aut, id est nūmum quendam, et  
 pondus auri vrisq; in oculis? Ferunt, inquit Ctesippus,  
 ò Euthydemæ, apud Scythas eos felicissimos optimosq; vi  
 ros esse, qui in sui capitis osibus aurū multum continent,  
 quemadmodū tu paulo antè canem dicebas patrē. Quodq;  
 magis est mirū, suis ex capitibus deauratis bibunt, et hæc  
 introspiciunt, verticem frontemq; suam manibus attollen  
 tes. Ad hæc Euthydemus, Vtrum Ctesippe vident &  
 Scythæ, & cæteri hoïes qua possunt videre, vel qua nõ  
 possunt? Quæ possunt planè. Nõne & tu? Et ego simi  
 liter. Vidē nostras uestes? Video. Possunt igitur hæc vi  
 dere. Mirificè, Ctesippus ait. Quid porrò? inquit. Ni  
 hil. Ipse verò non putas hæc videre? Usque adeo iucūdus  
 es vir? Videris mihi Euthydemæ quodāmodo extra somnū  
 obdormisse, posseq; te puto dicentem nihil dicere. Et tu  
 hoc facere videris. Nunquid impossibile est Dionysodorus  
 ait, tacentē dicere? Impossibile, Ctesippus inquit. Dicē  
 tē verò tacere? Possibile multo minus. Quando igitur la  
 pidē dicis, nõne tacentem dicis? Et quando lignum &  
 ferrū similiter? Haud silere tibi ferrea concedam, Cte  
 sippus ait. nū si quis pulset, sonare illa quidem, & re  
 boare dicuntur. Quare quàm nihil dicas propter sapientiā,  
 hic non satis animadvertisti. Sed quod restat, ostendite,  
 possibile videlicet esse, dicentem tacere. Ceriè mihi vi  
 sus est tūc vehementer Ctesippus propter amicum contē  
 dere. Quando files, inquit Euthydemus, nõne omnia si  
 les? Equidem. Nõne & rem quālibet dicentem files? si  
 quidem illa quæ dicunt, in numero oïum computantur?  
 Quid verò? interrogavit Ctesippus, non silent oïa? Nõ,  
 ait Euthydemus. An loquuntur oïa vir optimè? Imò  
 certe, quæ loquuntur. Non istud quærebam, inquit, sed  
 Vtrum omnia sileant vel loquantur. Tunc subripiens ser

Proverbiū.

monem Dionysodorus ait. Neutra et utraq. Certè enim scio te quid huic responsioni obijcias, ignoraturum. Statim Ctesippus, ut solet effusus in risum clamavit, o Euthydemo, tuus frater iam non amplius utring orationem transferet, sed prodidit & victus est, Clinias quoq. admodum delectatus arrisit, quare Ctesippus gestiens longius quam in decuplum latitiam crevit. Visus aut mihi est Ctesippus hæc ipsa illis seductionem quadam per astutiam extorsisse. neque enim sapientia talis apud alios est nostri temporis homines. Post hæc ego, Quid, inquam, rides, o Clinia, in rebus tam serijs, tamq. pulchris? Sed ad me conuersus Dionysodorus. Tu vero aliquando rem pulchram vidisti Socrates? Multas equidem Dionysodore. Nunquid alias quam ipsum pulchrum? an easdem? Ego vero passim hæsitavi, inquam, nec iniuria me id perpeffum fuisse sum arbitratus, quippe qui tacere diutius non potuerim. Simul autem respondi alias esse quam ipsum pulchrum, pulchritudinem tamen singulis quandam adesse. Si tibi adsit bos, inquit, nunquid ipse bos eris? & quia ego tibi nunc adsum, Dionysodorus es? Bona, inquam, verba queso. Sed ille, Quo pacto alterum adest alteri, cū alterum sit et alterū? Nunquid tu, inquam, de hoc dubitas? Nempe iam illorum imitari sapientiam contendebam, ut potè cupiditate illius accensus. Cur non dubitem, inquit & ego, & ceteri omnes de eo quod nequaquam existit? Quid aut Dionysodore? nonne pulchrum, pulchrum est, turpèue, turpe? Si mihi videatur inquit. Nōne videtur? Prorsus inquit. Nōne et idem, idem est inquam, & alterum similiter alterum? non tamen quod est alterum idem? At ego nec puerum quidē suspicari hoc arbitrabar, quin quod alterum est, sit alterum. Verum, o Dionysodore, sponte id omisisti. Videmini autem mihi tanquam artifices quibus conuenit peragere singula, disputandi rationem decore transigere atq. tradere. Nostin, inquit, quid singulis opificibus peragere conueniat? Principio quidem scilicet quem deceat ere cudere? Fabrum, inquam, ærarium. Quem verò luto figere? Figulum. Quem rursum iugulare atq. excoriare, & in frustra incisus carnes asfare, vel elixare? Coquum. Nōne quisquē conuenientia facit, rectè facit. Maxime inquam. Conuenit autem, ut ais, coquum, inquit, concidere et excoriare. Concessisti hæc, necne? concessi, inquam, sed ignosse precor. Cōstat igitur, inquit, si quis iugulans, & incidens coquum elixet asfere, conuenientia facere. Quinetiam si quis fabrum ærarium ere cudat, & figulum fingat, decencia similiter operabitur. O Neptunè inquam, iam sapientia illi vestra colophonem imposuisti. Nunquid ista mihi quandoq. sic aderit, ut propria fiat? Cognoscere me, inquit, ipsam, o Socrates, propriam iam efficitam? si ipse velis, inquam, ego quidem. Quid porro, inquit, tua putas cognoscere? Equidem, inquam, nisi forte tu aliud differis. Abs te namq. oportet incipere, in hunc autem Euthydemum desinere. An non tua illa esse putas, inquit, quorum es dominus, tibiq. uti arbitratu tuo licet, ut boues & oves? hæc ne tua existimas, quæ vendere potes atq. largiri, & cui vis deorū vouere? quæ verò non potes, non tua? Ego verò arbitratu præclarum aliquam inde questionem exorituram & audiendi auiditate protinus inflammatus, prorsus ita est inquam, talia nempe quedam mea sunt. Nunquid animalia, inquit, nominas illa quæ animā ha-

bent? Illa ipsa inquam. Fateris igitur ex animalibus illa dū taxat esse tua circa quæ potes hæc oīa facere, quæ modo dicebam? Fateris inquam. Hic ille ironice admodū seipsum continuit, quasi magnū quiddam contemplaturus, dein de ait, Dic age mihi, o Socrates. Est ne tibi Iupiter patrius? Atqui ego suspicatus eō rediturū esse sermone quò deuenit, & per ambigū quoddam diuerticulum secedens, rete quo velut implicitus iam eram, effugi, respondi, Non est, o Dionysodore. Miser, inquit, hō es, neq. Atheniēsis, cui neq. dī patrij sunt, neq. sacra, neq. aliud quicquā præclarum atq. magnificum. Mitte, inquam, ista Dionysodore, ne male omitteris, neq. acriter erudias. Sūt enim mihi et aræ, & sacra domestica patriaq., et alia quæcūque id genus Atheniēsis adsunt. Ceteris, inquit, Atheniēsis est patrius Iupiter? Non est, inquam, apud Romanus talis cognatio, neq. apud eos qui hæc ex Urbe manarūt, neq. apud nos, sed Apollo patrius propter Ionis geniturā. Iupiter aut nobis patrius non vocatur, protector urbis tamē & curator tribus est dictus, et tribus curatrix Minerva. Sat est, inquit Dionysodorus. Est enim tibi, ut videtur, Apollo Iupiter et Minerva. Oī no. An nō tui isti erūt dī? progenitores videlicet, atq. domini? Nōne tui? An nō tuos esse confessus es? Confessus sum, inquam, quid tum? Nōne aut alia isti dī sunt inquit? Concessisti porro quæcumq. animā habent, aut alia esse: isti verò dī nō habent animā? Habent utiq. inquam. Sunt igitur aut alia? Sūt certè. Ex animalibus aut illa tua esse dicebas, quorū apud te esset potestas, ut pro arbitrio videres, largireris, dīsq. diceres. Recusare Euthydemē nō possum, qui ista coefferim. Statim ille sic intulit, postquam tuū esse Ionē, tuosq. esse et alios fateris deos, licet in te tibi uideri illos atq. largiri, et pro libidine tua ut aut alia cetera quæ tua sunt, tractare? Ego igitur Crito tanquam sermone percussus, obmutui. Ctesippus aut succurrere mihi conatus ait, Pa-pæ, pro Hercules, præclarum sermonem. Ad quem Dionysodorus, Verum Hercules papæus est, an papæus Hercules? Tunc Ctesippus ait. Pro Neptune, fortes duosq. sermones. Desisto iam, inexpugnabiles viri sunt. Hic profecto amice Crito, nullus presentium continere ultra se potuit, quin illorum orationē laudibus summis extolleret. & hospites illi Dionysodorus Euthydemusq. risu, strepitu & latitia exultantes gestientesq. ferme resoluti sunt. In superioribus namq. dū singula proferebantur soli eorū sectatores protinus applaudebāt. Hic aut penè ipse quoq. Lycæi columna conclamare, plaudere, gestireq. videbatur. Ego quidem sic affectus fui ut asserere, nullos unquam homines pari sapientia me vidisse. Atqui et illorū sapientia penitus mancipatus laudare illos & celebrare summo perecepi. O Viri, inquam, ob miras dotes nature beatique quippe qui rem tantā tam facile, tamq. breui tēpori absoluisistis. Atulta quidem & alia sunt in vestris sermonibus Euthydemē Dionysodoreq. præclara, in quibus id præcipue magnificum est, quod nulla vobis cura est, aut vulgi, aut etiam illustrium hominum, sed similitum duntaxat. Equidem certo scio paucos esse quid genus sermonum diligant, & eos quidem vobis similes, ceteri autem sic illos ignorant spernuntque, ut erubescant vehementius, si ceteros illis conuincant, quàm si ipsi ab alijs conuincantur. Hoc præterea populare, & mansuetum vestri sermones habent: quod quum dicitis rem nullam

nullam bonam esse vel malam, neq. albam, neq. aliud quicquam talium, neque omnino aliquid ab alijs aliud: reuera quemadmodum gloriamini, hominū ora planē obstruitis. Quia verò non aliorum tanto ora, sed vestra insuper, gratiosa res est: & sermonis odium offensionemq. audientium deuitatis. Maximum verò hoc est, quòd hæc usque adeò nobis artificiosè sunt adiuuenta atq. instituta, vt breui cuiuslibet tradere valeatis. Cognoui equidem, & Ctesippo mentem adhibeo, consideroq. quam subito imitari vos cœperit. Huius rei mysterium quam ocysime docere posse praeclarum est, neq. tamen operapretium fore videtur, vt coram multis hominibus differatis: imò verò si mihi credideritis, cauebitis prorsus ne in multorum cœtu loquamini: ne fortè quamprimum ista percipientes, gratias nequaquam habeant. Ista igitur inter vos tantum inuicem communicate, neq. alijs quicquam ea nisi argento exposito audiat. Idem quoq. si sapitis, vestris discipulis consulētis, ne unquam cum alijs quàm secum atq. nobiscum de his loquantur. Quòd enim rarum Euthydemē, id honorandum. Aqua. n. vilissimo precio emitur, cum res sit natura preciosissima, vt ait Pindarus. Sed agite, inquam, Cliniam hunc meq. suscipite. Cum hæc, o Crito, & alia quadam breuia differuissemus, abiimus. Delibera igitur qui mecū unā ad hos viros accedas. Nam pollicentur oēs se docturos, quicunq. argentum dare parati sint, neq. ingenium vllum vel atatem excipiunt. Quòd verò tibi maximè audire expedit, aiunt nihil cumulan- da pecunia studium prohibere quo minus quicuis sapientiā illorum facile percipere possit. CRIT. Equidem, o Socrates, audiendi cupidus sum, & libentissimè discerem. Videor tamen & ipse eorum unus esse qui Euthydemī similes non sunt, sed illorum potius quos tu paulò antè dicebas, qui captiūculis huiuscemodi redargui malunt ab alijs, quàm alios redarguere. Enimvero ridiculus essem, si admonere te pergerem. Nihil tamen prohibet quæ ex ijs qui cœtu soluto à vobis discesserunt, audiri, tibi nunc referre, Deambulanti mihi obuius factus eorum quispiam qui in iudicialibus causis excellere plurimum aestimatur? O Crito, inquit, nihil ex istis sapientibus audiuisti? Nihil per Iouem, inquam. Audire enim me affectantem frequens turba tumultuq. prohibuit. Res tamen, inquit, auditu digna. Cur, inquam? Vt audisses eos hoīes disputantes, qui in hoc sermonum genere ceteris præstant. Ad hunc ego. Quid tibi visum est inquam? Quid aliud, inquit ille, quàm quæ semper ex ijs hominibus audiuntur, dum nugantur, ac de rebus nullius momēti indigno quodam studio inuicem altercantur? nominatim hac oratione est usus. Tunc ego. Veruntamen gratiosa res est philosophia. Quid gratiosa, inquit, o vir beate? An fortè nullius precij? Atqui si paulò antè interfuisses, erubisses, ut arbitror, amici tui gratia, qui usque adeò ineptus erat, vt seipm tradere hoībus cuperet, quibus nihil pensi est quid loquantur, sed singula captant, obijciuntq. vocabula, cum tamen illi vt supra dicebam, ceteros tales nostra atatis viros excellant. Profectò, o Crito & studium hoc vilissimū est, & qui in eo versantur, ridiculi. Mihi quidem, o Socrates, haud rectè rem ipsam improbare visus est ille vel quisquis alijs improbet. Quòd autem in cœtu multorum cum talibus viris disputare quis studeat, merito vituperasse illa mihi videtur. SOC. O Crito, admira-

tione digni sunt hi viri. Verum nondum quòd dicturus sum, noui. Quorum ex numero erat qui tibi obuius philosophiam vituperabat? Vtrum orator quispiam ex his qui in iudiciali concertatione valent? an ex ijs qui tales edunt cōscribuntq. orationes, quibus oratores in iudicio certant? CRIT. Minimè quidem orator, neq. arbitror illū in iudicio unquā orasse, sed rem ipsam iudicialē optimè intelligere ferunt, et elegantes orationes cōponere. SOC. Teneo ita. Atqui & ipse idem modò dicturus erā. Nempe hi sunt, o Crito, quos Prodicus inter philosophū, ciuilemq. virum confines statuit. Putant hi quidē se esse oīum sapientissimos, et videri præterea tales apud quàm plurimos: solos aut philosophos impedimento sibi esse, quo minus ab omnibus æque probentur. Censent itaque si cōmunem aduersus philosophos opinionem hanc diuulgent, quòd nullius precij sint, sine controuersia sapientiæ gloriam se apud omnes summam reportaturos. Esse nanque se reuera sapientissimos, sed in priuatis sermonibus, quū Euthydemī sectatores aduersantur, impediri. Quòd verò sapientes sint, ex eo consentaneū videri volunt, quòd satis habeant philosophia, satis etiam ciuili peritia, & quantum oportet sint vtriusq. participes, & extra turbulentos ciuiliū negociorum tumultus positi sapientiæ fructibus incundè fruuntur. CRIT. Nūquid dicere aliquid, o Socrates, tibi viri isti videntur? SOC. Nequaquam. CRIT. Verū tamen horum hominum sermo habet aliquid verisimile. SOC. Habet, vt dicis, o Crito, veri similitudinem potius quam veritatem. Neq. facile illis persuaderi pot, quòd & hoīes et cetera omnia quacunq. duorum quorundam media sunt, & vtrorūque participant, ita se habeant, vt quæ ex malo et bono sint, hoc quidē meliora, illo deteriora fiant: quæ uerò ex duobus bonis non ad idem condicentibus, vtrisque deteriora ad opus illud peragendum, ad quod spectat vtraq. illa quibus fit compositio. Quæ aut ex duobus malis sint constituta, non ad idem tenētibz, hæc sola meliora sunt vtrisque illis, quorum participant. Si ergo philosophia bona est, & ciuili actio bona, sed ad aliud atq. aliud utraq. conferens et hi utrorūq. horū participes, vtrorūq. in medio sunt constituti, nihil concludunt, nam vtrisque deteriorē sunt. Sin autem vnum quidē horum bonū, malum verò alterum, hoc quidē meliores, illo deteriores. Quòd si vtrūq. malū, ita demum vera dicent, aliter verò nequaquam. Neq. verò confessuros illos arbitror mala esse vtraq., neq. unū quidem bonum, malum verò alterū. Sed profectò vtrorūq. hi participes vtrisque ineptiores sunt ad illud, ad quod philosophia & ciuili actio pertinet, & cum tertium locum teneant, primum vsurpare non dubitant. Ignoscendum quidem illorum desulderio, neq. indignandum, tales tamen esse censendi, quales & sunt. Nam vnumquēque diligere debemus, qui modo prudentiæ particeps aliquid dicit, et vtiliter peragit. CRIT. Equidem, o Socrates, ut saepe tecum loquor, ambigo qua ratione filios meos educem. Minor quidē natus tenerior est adhuc quàm exigit disciplina: Critobolus autem adultus est iam, & aliquo indiget, quo dirigatur. Quoties tecum loquor, ita prorsus afficior, ut existimem insaniam esse filiorum gratia per cetera occupatum esse, vt circa coniugium, nempe qui ex matre generosissima nascantur, deinde vt amplum illis patrimonium relinqueretur, illorum autem educationem

In quouis  
studio vi-  
les, p mul-  
tos, pbs ve-  
ro paucos  
esse.

negligere. Verum cum ad eos respicio qui erudire homines profitentur, absterreor, mihiq; consideranti unusquisque illorum longe ab ea re quam praedicat, alienus esse videtur. Et ut verum tibi fatear, non habeo quo pacto filium meum ad philosophiam exhorter & prouocem. SOC. O amice Crito, an ignoras in quouis studio viles & nullius precij homines permultos esse? probos vero paucos, eosq; maximo in precio habendos esse? Nonne tibi videtur pulchrum quiddam esse gymnastica, mercatura, rhetorica, res militaris? CRIT. Mihi certe. SOC. Nonne vides in vnaquaq; harum artium multos ad opus unumquodque ineptos & deridendos? CRIT. Ita est, ac vera nimum loqueris. SOC. Ergo hac de causa studio fugies omnia, & illa filio dissuadebis? CRIT. Haud decet, o Socrates. SOC. Cane ergo ne quod dedecet, agas, o Crito. Mitte curam hanc, verum boni sint homines philosophia studiosi, uel mali: rem uero ipsam diligenter examina. Si inquiringi res praua uidebitur, non solum filios, sed omnes homines absterreto. Sin autem tibi talis, qualis & mihi appareat, sequere eam uiriliter & exerce, atque ad idem studium filios cohortare.

## HIPPIAS MINOR, VEL, DE MENDACIO, MARSILII FICINI ARGUMENT.



**M**IRIFICA Socratis Platonisq; nostri bonitas cum diligentissime multis ubique modis pro uideat ne inuentus credula subdolis sophistarum aucupis capiatur, captaq; perdat, non iniuria Hippium Eliensem sophistarum insolentissimum atque fallacissimum duobus dialogis agit, Maiore uidelicet atque Minore. In maiore quidem de monstrat Hippium rerum professorem pulcherrimarum omnino quid ipsa pulchritudo sit ignorare. In minore uero eundem se iactantem quod ante alios mendacem a verace discernat, ostendit in utriusque definitione prorsus errare: ut pateat Hippium, ut omnium arrogantissimum esse, ita & ignorantissimum esse, atque ineptissimum apparere. Mitto nunc quod eum, ut mos est sophistarum, ia labundum & tenerarium auarumq; depingit: & cum promittat omnia, in omnibus dantem uerba, nihil uero praestantem: cumq; maximis gloriatur, uel in minimis claudicantem. Sed ut ad mendacis ueracisq; definitionem redeamus, mendax rite describendus erat, qui maxime uelit utcumque possit sciatq; mentiri. Verax autem contra, qui maxime uelit utcumque possit & sciat, uera loqui. At Hippias inertissimus artium magister omnium, confusissimusq; ueracis mendacisq; discretor, ordine definit opposito, dicitq; mendacem qui maxime possit sciatq; mentiri quotiescumque uoluerit: Veracem uero, qui quandocumque uoluerit queat & sciat uera loqui. Unde cogitur primum fateri mendaces esse potentes, scientes, prudentes, sapientes. Deinde & bonos ad illa ad qua potentes, sunt atque sapientes. Tertio per artes singulas deducendo compellitur in qualibet tam re quam arte fateri eundem esse ueracem atque mendacem, quod negauerat ab initio. Siquidem in qualibet ille qui optime calleat, idem maxime potest & scit pro arbitrio uera loqui pariter atque mentiri. Quarto ad concedendum inducitur ueracem nihilo meliorem esse mendace, quandoquidem quam sufficiens bonusq; est uerax ad loquendum uera, tam sufficiens bonusq; appareat mendax ad mentiendum. Post haec Socrates sophistam in ambiguitate adducit, uer delinquit grauius, num qui mentitur uolens, an qui nolens. Id uero sophista ne scit soluere, neque Socrates quidem soluere uult sophista. Est autem ita soluendum. In his quidem quae ad intelligentiam pertinent minus errare qui mentiuntur sponte: in his aut quae ad mores spectant, errare magis. Eius uero qui nolens dicit mendacium, contra se habere. Deinde ambigitur utri magis errent, nisi qui dedita opera, an qui in firmitate uel ignorantia peccant. probaturq; longis inductionibus ambiguis, in his quae ad naturam & artem, illarumq; instrumenta pertinent, grauius esse uitium uel impotentia uel ignorantia commissum,

quam malitia perpetrati. Siquidem natura bonum in ipsa potentia, bonum uero artis in hac ipsa, atq; insuper in cognitione consistit. Malum igitur in oppositis. Ex his aut extra propositum Socrates Hippium ad mores transfert, concludens idem in genere morum, quod & in natura artiumq; genere. Quod quidem etsi intelligit Socrates fieri non debere, studet tamen declarare sophistam id nequaquam animaduertere. Profecto in his quae ad uoluntatem moresq; pertinent, grauius delinquitur malitia, id est quadam uoluntate peccandi, quam si uel per impotentiam uel per ignorantiam delinquatur. Postremo Socrates iustitiam esse dicit uel potentiam uel scientiam uel utrunque. Addere sciebat sed nolebat tertium, scilicet uel uoluntatem. Iustitia enim maxime in uoluntate consistit. Id uero declarare uoluit latere sophistam. Sed iam argumentum superioribus praescriptis his concludimus. Docendum sine inuidia. Absque rubore discendum. Gratia semper habenda & docenti. Aliena inuenta sibi non usurpanda.

EVDICVS, SOCRATES, HIPPIAS.



**T**V VERO quidnam taces Socrates, cum tam multa Hippias hic ostenderit? Cur non aut comprobas dictorum aliquid, aut redarguis si quid minus recte dictum tibi uidetur? praesertim cum et ipsi inferiores discesserimus, qui nobis non mediocre philosophia studium

uedicamus? SOC. Sunt Eudice nonnulla ex his quae circa Homerum dicebat Hippias, de quibus percontari cupio. Audi uide quid ex Apemanto patre tuo, illi ad apud Homerum eo pclarus poema esse Odyssea, quo Achilles Ulysses praestantior. In Achille nanque poema unum, in Ulysses alterum aiebat esse compositum. De hoc ergo sciscitari ab Hippia, si modo ei placet, affecto, utrum illorum harum praestantior afferat, postquam alia multa ac uaria de Homero, ceterisq; poetis sunt nobis ostensa. EVD. Nulla prorsus inuidia prohibebit, quin Hippias interroganti respondeat. Respondebis necne Hippia, si quid Socrates querat? HIP. Haud recte agere Eudice, si nunc Socratis interrogationem respuerem, qui solitus sum semper ex Elide patria ad Olympica festa, quo Graeci ad communem celebritatem undique confluunt, me conferre, ipsumq; me ibi apud templum praebere cuique declarantem quodcumque demonstrari quis cupiat, & ad interrogationes singulas respondentem. SOC. O quam felix tibi fors contigit Hippia, si adeo confisus animi sapientia qualibet Olympiade ad sacrum aduectus. Mirarer profecto si quis circa corporis exercitatione athletica illuc certaturus accederet tam corporis uiribus quam tu mentis subtilitate confisus. HIP. Merito sic affectus sum Socrates: nam ex eo tempore quo coepi in Olympiis exerceri, neminem reperi adhuc me aliqua in re superiorem. SOC. Praclarum hercle quod ais Hippia, atque haec gloria tua & patria & parentibus erit quoddam sapientiae monumentum. Verum quidnam de Achille & Ulysses iudicas? Utrum horum praestantior, & qua in re putas? Porro dum multi intus essemus, tuq; differeres, quadam me uerba subterfugerunt: piguit tamen perquirere, tu quod turba erat plurima, tum et ne orationi tuae impedimento foret. Nunc uero postquam pauciores sumus, & Eudicus hic querere iubet, liquidius nobis ostende quod de his uiris dicebas, quoue pacto iudicabas. HIP. Volo equidem Socrates apertius quam tunc in praesentia referre, qua de his & de alijs sentio. Homerum assero omnium qui Troiam obsederunt, optimum uirum fuisse Achillem, sapientissimum Nestorem, apprimere uersutum multiformemq; Ulysses. SOC. Papa o Hippia. AN